luntate. et deū videt et ītelligit
sicut ego. in quo omnis sancto
rū gloria et beatitudo consistit.
In tercio tamen serto illū excedo
quia martirio corporis vitā fi
nivi. Ipse vero licet p erūpnas
afflictiones et cetera que pertu
lit. verus martir extiterit. quia
tamen vitā gladio non finivit
martirij non habet aureolam.
sed solū virginū et doctorū. Et
querente augustino quis esset
se respondit iohannē baptistā.
qui venerat ad sibi gloriā ihe
ronimi nūciandā. et p ipsū alijs
nunciādā. asserēs ī veneratōe u
nius sā ceteros venerari. apud
quos nec īuidia nec appetit⁹ pemīnē
cie nec appropriationis glorie
īvenitur. sed singulorū gloria
cūctorū est gloria. et eciam eō
uerso. hijs dictis societas illa
disparuit. Et ne vanū pute
tur sompniū fuisse testē deum
īuocat augustinus se in se exp
tum hui⁹ visionis effectū. quod

ex tunc sic in ipso caritas fer
buit. qd plus gaudet alieno bo
no q̄ suo. plus subesse appetit
q̄m preesse. Invidie superbie vel
arrogancie omni appetitu depo
sito. nec eciam nouū per deū ab
scondita et maxima revelari.
Et hec breuiata de eplā augus
tini. qui prius ibidē dicit. q licet
inter mulierū natos non surrex
it maior iohanne baptista. nō
tamen nephas vel hui⁹ contra
riū est. dicere istū equalem in
gloria. de apostolis idem dicēs.
Et est sciendū q cyrillus re
cepta epistola augustini in su
a eplā de qua dicetur infra. an
te finem ipsius scripsit. q certe
quasi similē visionē habuerit
alter cyrillus alexandrinus epis
copus ī festo beati iohannis.
Subdebat demū eusebius q
iheronim⁹ vocandus a deo ut
facie discerneret quod hic vi
debat in enigmate febre estu
ans valida. ipsius eusebij et a
liorū vultus intuens graves
luctu. illos hortatus est ut absti
nerent a lacrimis. dicens illas
non fundendas nisi ob satis
factionē et memoriā pctorū. Hu
ius enī vite exitus plorandus
non est in qua nec hora tran
sit qua vivens a dolore sit lib.
Si dives. vndiq3 angustiatur
timore ne quod habet amittat.
si pauper. nūq̄ quiescit ut īveni

cat. Si bonus timet sui naufra-
giū. Ad quē timorē et diu multis
autoritatibꝫ induxit dicens. q
si noster genitor timuisset non
cecidisset. Cecidit etiam salomō
et dauid eius genitor electus se-
cundū cor dñi. Timeat igitur
sanctior et sapiencior. quia ma-
iorem dat casū alcius cadens.
et fortius cruciatur. ¶ De doc-
toribꝫ demū subdens dicit qđ
mali bene dicendo et male vi-
uendo seipsos dampnāt. et de-
um offendūt. Inducens illud
ps. Peccatori autē dixit deus q̄
re tu enarras iusticias meas.
etc. Multi enī legūt grandia.
addiscūt ardua. subtiliter dis-
putant. ornate loquūtur. ut a
populo honores capiant. et ma-
gistri in plebibus nominent.
Subdit autē. Si experto credit
credite michi. plus tenet corda
hoīm vite sanctitas. qm̄ ornata
colloquia. facite. postea predica-
te. cepit enī ihs prius facere. post-
ea predicare. nec dixit ihs qui
predicauerit volūtatē patris
mei. sed qui fecerit. Non vitupe-
ro predicationē. nisi in non faci-
entibus ea que predicant. mere-
tur enī plus qui facit et predicat.
qm̄ qui facit et tacet. Sciens e-
nim non docens tenetur deo
reddere racionē. Docens autē
dicitur lux illuminās intellec-
tum. et sal condiens verbū dei.
quod cibus est anime operibꝫ
bonis. et eo amplius si suscepit
doctoris officiū. quot enī eius
negligencia peccatis moriūtur.
tot de ipsius manu requiret do-
min9. Sūt enī tales mercēnarij
quibꝫ non est cura de ouibus.
et heu quia hodie pars pasto-
rū non minor non solū a peccatis
non mūdant. sed ipsi vel ex
sua negligencia. vel suis nepha-
dis operibꝫ. vel suis pessimis
ministris quos trahūt ad illici-
ta. et tales si deus īpunes relin-
queret deus amplius non es-
set. ¶ Hortatur eos demū ad
paupertatē. ut imitarent deum
qui cū in forma dei esset seip-
sū exinaniuit. quod etiā iussit
aplīs. eis prohibens peram et
sacculū. Et iuueni consuluit
ut que habebat venderet et
pauperibꝫ erogaret. Nec mi-
rū. cū diuicijs coniūcta sit sup-
bia. et quid ea peius. ex qua
velut ex radice mala oīa oriū-
tur. sicut ex hūilitate bona oīa
generant. Diues enī factus
homo. superbit. per quod pol-
luūtur vie ipsius. et cogitat ī-
terficere īnocentē. respicit in pau-
perem et insidias infert illi. vi-
dens deū dormientē quasi cra-
pulatū a vino. Sed cū plus
moratur deus ad iudiciū. plus
inebriatur ira. Et ideo plus cē-
tuplo timendus est cū diu to

lerat mala. qm̃ cũ festinanter
punit. ¶ Et quia sine humi-
litate paupertas deo grata nõ
est. hortabatur illos humiliari sub
potenti manu dei. sicut se pro
nobis ipse humiliauit. obediens
usqȝ ad mortẽ. Et quia obedi-
encia humilitatis est riuulus
hortabatur cum aplo illos obe-
dientes esse omni humane crea-
ture propter deũ. Specialiter
ad monachos dicens non licet
illis velle vel nolle. Et hoc o-
bediencie propriũ. aliene parere
voluntati non proprie. dicens il-
lum non obedientẽ qui secun-
dũ mandatũ expectat. Ad vni-
us enim iussionis vocem petrus
et andreas dimissis retibus
secuti sunt xpm. ¶ Et hortabatur
etiam presidentẽ esse minorũ
ministrũ. et propter humilitatẽ so-
ciũ cum bene agit. cũ vero de-
linquit se contra illũ erigat
propter zelũ iusticie. ne sit fedus
cum vicijs. et ne vana humilitas
noceat. optans quod contra vicia
omnis homo clamaret. pecca-
tor enim deũ non timens quãqȝ
homines vereretur. Et quia ius-
tus est dominus et iusticiã dilex-
it et equitatẽ vidit vultus e-
ius. vera iusticia dare volens
vnicuiqȝ quod suũ est. vultũ
hominis non veretur. nec propter
potenciã iusticia est dimitten-
da. obedire enim oportet deo nõ
hominibus. nec est apud ipsum
acceptio personarũ. Qui enim
propter iusticiã persecucionẽ patitur
beatus est et beatior si moritur.
Nec propter diuicias quis honorã-
dus paupere plus. ymo plus
pauper in quo relucet ymago
xpi. in diuite autẽ mũdi. Contra
faciens preponit mũdũ deo. et sic
nec dignus est deo. Et illud eu-
angeliũ notũ est facilius esse
camelũ. etc. ¶ Diuicie igitur po-
tencie nobilitates et honores va-
nitates sunt huius seculi. quorũ
sũmis obcecati habent timere
ne sue breuissime vite tela per
mortẽ velut a texente hac nocte
scindatur. Ex xij apostolis solũ
bartholomeũ nobilẽ. matheũ
diuitẽ xpc elegit. ¶ Ve diuitibus
qui superfluitati vestiũ superflui-
tatẽ addũt. de nudis pauperibus
non curantes. Edificia erigũt
ut humanis oculis contẽplen-
tur. et pauperes in plateis in-
cõmodis moriũtur. Cõuiuia cũ
delicatis ferculis diuitibus prepa-
rantur. et pauperes fame mori
permittũt. ¶ Vere si deũ iudicem
agnoscerent. et se mori crederent.
saltem tam secure non peccarẽt.
¶ Sed quod horrendũ est eccle-
sias visitãt ut feminas contẽ-
plentur. et ad suã voluntatẽ il-
las habere satagant. per hec
corpus ante tempus destruentes
et aiam occidentes. Unde enim in-

firmitates et mors ītempestiua
nisi ex nimia ciborū copia. et fre-
quenti usu mulierū. Et hij deū
deludere credentes seipsos delu-
dunt. Pro corpore obliuiscunt a-
nime. et corpus simul cū anima
destruūt ante tempus. et mala
eueniūt. de quibz infra dicetur:
cū de luxuria ꝑtractabit. Et de-
mū cū diuite qui epulabat splē-
dide aque guttam habere non
potuit. audituri terribilem sen-
tenciam. Ite maledicti in ig-
nem eternū. dicens illius cor fo-
re lapideū qui non timet ob par-
ua huius mūdi solacia. talem
audire sentenciā. Dimittenda
sunt igit vana gaudia ꝓpter ve-
ra. et caduca et momētanea ꝓ-
ter ꝑpetua et eterna. hic enī ri-
dentes. ibi plangent. Et si for-
san quis dicat. benignus est do-
min⁹ qui peccatorē ad se redeū-
tem recipit et indulget. Respō-
det ꝙ est benignior qm̄ credat.
dat enī peccatoribz spaciū tēpo-
ris ut emendent. ipsorū īurias
tolerando. Sed sicut est in tole-
rando benignus. sic et iustus ī
puniendo. Et eciā illorū vana
presūpcio qui malā vitā cōtinu-
ant sperantes in morte per pe-
nitenciā veniā obtinere. Quo-
modo enī deus acceptā penitē-
ciam recipit. qui acceptā tarda-
ret. si speraret debere sanari.
Et si forsan sanabitur peior e-
rit. docet experiencia illius fi-
nem non bonā. qui cōtinue
non bene vixit. Stultus enim
qui vult in seculo gaudere. et
cū xp̄o regnare. non sufficit cri-
stiani nomen ei qui xp̄m non
imitatur. et si fidē habeat illa
tamen sine operibz mortua est.
Non se putet xp̄ianū qui mori
pro xp̄o non habet aīm prepa-
ratū. Non speret mercedē qui
non laborat. nec possum⁹ illa
sustinere pro xp̄o que sunt cō-
digna ad futurā gloriā. Ve-
rus ergo xp̄ianus precipue sa-
cerdos et monachus in quo ut
in speculo debet relucere ꝑfec-
cio. abneget semetipsū. ut totus
mundo sit mortuus. quia nisi
granū frumenti. &c. Opor-
tet enī ꝑfectū ita mortuū esse
mūdo. ut velut mortuus nil
de rebus secularibz senciat. ut
cū apostolo dicat. Nostra cōuer-
sacio in celis est. Et iterū. Viuo
ego iam non ego. viuit autem
in me xp̄c. Glorietur in tribu-
lacōibz et aduersitatibz. Nam
et xp̄c discipulis in ultima ce-
na dixit. plorabitis et flebitis
vos. mūdus autē gaudebit. Tep-
tacionibz resistat. nam nō me-
retur premiū nullū habens
preliū. et non resistentē sugges-
tio dyabolica non excusat. sicut
primū parentē. Ille enī nec
suggestionē dyabolicam quid

esset nouerat. nec quātum pec-
catū deū offenderet. que hodie ces-
sant in homine quia nouit u-
trūqz. Vide īfra ad virginē. C.
C. Fortitudinē autē et paciēci-
am habeat contra aduersitates
et opprobria. cū virtutes in hoīe
per paciēciā probantur sicut
aurū per ignem. Ad vindictā
ergo vel odiū proximi contu-
meliosa verba non moueant.
Unde saluator. In paciencia vrā
possidebitis animas vrās. Cō-
nexa est fortitudo paciencie. vir
enī paciens fortis est aīo. Paci-
encia seruanda est in mente et
cū tempus est exercenda in o-
peracione. Est autē paciencia
velū quo in huius mūdi procellis
nauis nostra quocūqz vento se-
cure nauigat nullū timens pe-
riculū. C. Sit etiam misericors
sicut pater celestis. Erit enī iu-
diciū sine misericordia ei qui
misericors non est. Et impossi-
bile est hominē misericordē et
piū iram non placare diuinā.
Unde dictū. bti misericordes. q'-
niā ipi misericordiā consequen-
tur. Sacerdos autē et mona-
chus sine misericordia est na-
uis in pelago vndiqz perfora-
ta. Vana est enī religio que
misericordia caret. Et fugiendi
sunt tales sicut serpentes. sub-
dens q nulla tam crudelis bes-
tia sicut malus sacerdos. vel mo-
nachus qui corrigi non patit̄
nec veritatē audire potest. et bre-
uiter omnes p̄eminet in mali-
cia. C. Contra cupiditatē ipsoꝝ
īuehens reprehendit illos qui
ex pauperū elemosinis ecclesias
monasteria in miro artificio sub-
limant. quod bonū est si per id
pauperibz non subtrahatur. nec
eis necessaria p id denegent̄. Qua-
lis enī iusticia de indigēcia pau-
perū offerre deo. quomodo domus
deo vel scīs grata constructa de
pecunijs quas pauperes plorāt.
Placent enī deo opus quo pau-
peres gaudent. quod enī templū
deo carius est qm̄ homo. Gra-
tum ergo deo templū edificat q'
pauperi manū porrigit. viro ī
suis necessitatibz subueīt. et errātē
ad viā rectā pducit. nec excusat̄ di-
cēs se nō hr̄e ei q aliqd ult̄ extremā
necessitatē possidet et pauperi
non tribuit. Sumus enī rerū tē-
poraliū dispensatores non pos-
sessores. furamur ergo nobis su-
perfluū quo frater eget. Lex na-
turalis exigit ut quod ab alijs
desideramus hoc alijs faciamus.
C. Hortabat̄ etiā eos q iuxta p̄-
ceptū euangelij essent sicut par-
uuli. Quod exponēs dicit q par-
uulus videns pulchram mulie-
rem non concupiscit illam. p̄-
ciosam vestē intuens non deside-
rat. In iracundia non pseuerat.
lesus non recordatur. nec odit.

patrem sequit᷑. matrē non deserit. Imitari ergo puulos ē mūdū spernere. castitatē habere. fratrē diligere. paciencia͂ seruare. patrē xp̄m sequi. et in gremio matris ecclesie semper incūbere. ¶ Monebat ut luxuria͂ fugerent. que est ensis et rethe dyaboli. sicut enī virginitas hominē equat angelis. ita luxuria hominem bestificat. natura͂ debilitat. fama͂ denigrat. marsubia vacuat. furta instruit. homicidia causat. memoria͂ ebetat. Cor aufert. oculos utriusq̄ hominis cecat. Et p̄ ceteris iram dei prouocat. et ex radice gule oritur. Pro nullo peccato legitur deū ita iustū sine misericordia ut pro isto. mundo inducens diluuiū. sodoma͂ et gomorra͂ comburens. Qui hoc capitur non cito soluitur. huius prelij victoria est fugere. Nam propter sui securitatem multi sānctissimi ceciderūt hoc vicio. et hodie sb̄ spūalitatis nomīe nouū fit fornicacionis genus a pluribus. Sed dolendū dicit q̄ hoc vicio non verecundant᷑ hodie homines/ sed gloriantur. aliqualis in mulieribus viget verecundia licet parua. ¶ Ad caritatem transiens dicebat non suū/ sed diuinū esse preceptū qui dixit. meū est preceptū ut diligatis inuicem. Nam ex caritate omnes virtutes generantur. Vnde apostolus. Si linguis hominū lo. etc. Caritatē aūt nō habeam nichil sum. Sed caritatem habens benignus et paciens ē. Vera autem caritas est etiam inimicū diligere. Sicut autem non diligere malū est. sic et nimiū diligere/ quod est quando aliquid diligitur supra deum. et talis deo non est dignus. Virtus vult mediū. Dilectio ergo ex qua insurgit luxuria inuidia pretermissio obsequiorū diuinoꝝ improba est. Punire malū caritas est. plus meliorē diligere iustum est. Sic enī diligendi sunt homines ut bonitas exaltetur. et viciū deturpetur. Ubi caritas ibi nulla inuidia/ ambicio/ murmuracio/ detractio/ vel irrisio. Sed omnibꝫ vna voluntas. Hec amplectenda. nec in vanū gracia dei suscipienda. sed hͦ breui tempore seminandū quod postea metamus. Venit enī mors tanq̄m fur/ quare quisq̄ se exhibere debet sicut dei minister. et in multa paciencia. in tribulacionibꝫ/ in angustijs/ in necessitatibus/ in plagis. in carceribus/ in sedicionibꝫ/ in laboribus. In vigilijs/ in ieiunijs/ in castitate. in sciencia/ in longanimitate. In suauitate. in spiritu sc̄o. In caritate non ficta/ in verbo veritatis. in virtute dei. ¶ Mendacium. vaniloquiū. et multilo

quiū et mala societas fugiēda
sunt. Deus enī est veritas cui
obsistit mendaciū. Et de ver
bo ocioso et vano reddenda ē
racio. Et in multiloquio freq̄
ter mendaciū et ubi mendaci
um ibi peccatū. Sermo indi
cat qualis est homo. Et quali
um societate quis fruitur ta
lis efficitur. Lupus cū agnis non
habitat. Plus q̄ impossibile pu
to virū in bonis diutius operi
bus pmanere qui assidua uti
tur conuersaciōe malorū. Inde
ps. Cū sancto sctūs eris. Sicut
autē mala nocet sic bona pdest.
Rarū est q̄ homo bonus vel
malus efficiatur nisi ob societa
tis causā. Cor enī iuuenis tabu
la rasa. quod recipit usq̄ ad se
nectā preseruat. Item. Nolite
iurare neq̄ per celū etc. sed sit ser
mo vester est est. non non. Nā
cui⁹ in ore frequens est iuramē
tū in ipso parua cognicio dei
et dilectio. Iurans enī falsū. de
um negat. Habet preceptū ne
assumatis nomen dei in vanū.
Oracionibꝫ instate continuis.
Valet enī multū frequens oracio
et deuota et lacrimis consper
sa. Sic obtinuit ezechias a de
o suam mutari sentenciā. Sic
liberauit deus susannā a mor
tis iudicio. et sic helyas de celo plu
uiam obtinuit. quod tribus an
nis et sex mensibꝫ clausū fue
rat. Demū ad fratres de vi
ta et morte loquēs sic ait. Venit
hora ad quā natus sū. hac con
dicione veni ut exirem. Nam xp̄c
mortuus est et resurrexit. per
quod spem firmissimā habem⁹
q̄ et nos resurgem⁹. Vnde credo
q̄ redemptor meus viuit et in
nouissimo die de terra surrec
turus sum. et rursus circūdabor
hac pelle mea. et ista ppria carne
videbo ipsū saluatorem meum.
quē visurus sū ego qui nūc lo
quor et non certe alius loco me
i. Et isti pprij oculi quibꝫ vos vi
deo eum conspecturi sunt. Sb
dens. Huc usq̄ peregrinatus
sū. iam redeo ad patriā. Ecce b̄
uiū capio. pro quo in agone
cucurri ecce portū attingo quē
desideraui. ecce de tenebris ad lu
cem. de periculis ad securitatem.
de inopia ad diuicias. de preli
o ad victoriā. de tristicia ad
gaudiū. de seruitute ad domi
niū. de temporali ad ppetuū. de
fetore ad odorē suauissimū ve
hor. Hic cecus sum et illuminor.
vndiq̄ vulneratus et sanor. hic
contristatus iam letificor. Vita
enī huius mūdi mors est. vita
fallax. onusta tristicijs. imbecil
lis vmbratica mendax. que flo
ret et statim arescit. vita p̄uās
fragilis momentanea. et cadu
ca. que crescendo decrescit plēa
laqueis. Quā beatus qui de tu

is non curat vanis blandicijs.
O beatissim⁹ qui te priuatus est
per mortẽ. que dulcis est. quia fu
gat febres et vulnera. extinguit
flãmã et sitim. Ergo iam bona
mors ꝓpera. confringe cornu ar
cum scutũ et gladiũ et bellum.
si moraris iam deficit paulisꝑ
spũs meus ꝓpter multitudinẽ
dolorũ meorũ. ¶ Et cum astan
tes lacrimas continere non pos
sent ut refert eusebius. dicentes
ꝙ sine patre doctore pastore et
refugio remanebant condolẽtes
ecclesie contra quã sine obstacu
lo insurgerent heretici. Ipse ad
omnes aliquantulũ lacrimãs
dixit. Confidatis in dño et in
potentia virtutis eius. Nolite ti
mere. de⁹ nullũ in se sperantiũ
deserit. Viriliter agite. confortet
cor vestrũ. Mortuo enĩ moyse.
deus elegit iosue. et post helyã
helyseũ. nec est exinanita man⁹
dñi. nec oblitus est deus mise
reri. Suscitabit deus pastorẽ cui
dabit verbũ euangelizandi. et
ingredietur sine macula et ope
rabitur iusticiã. Eusebiũ ut me
audietis. ipse erit vobis in pa
trem cui filij obedietis in cari
tate hũilitate mansuetudine et
paciencia. ¶ Et ipsũ eusebiũ cõ
fortans suasit ꝙ fortis et hũmi
lis spem figens in deũ. et ꝙ se
cure vniuersa legis dñi loque
retur. nec timeret. quia cũ illis

est domin⁹ cum quibꝫ est veri
tas. ¶ Cui demũ sic ad eos. Cõ
stituo te super societatẽ istam.
ut euellas destruas et dissipes.
edifices et plantes. ¶ Oportet
te esse irreprehensibilẽ. ne a te
correctus vertat in te ꝙ simi
lia facis. tibi maior erit labor
sed maius premiũ. Esto sobri
us prudens pudicus hospita
lis et doctor. nulli violenciam
facito. Omnes equaliter dilige
et tanto plus quanto melior
est. Non sis persecutor. sed mo
destus. non litigiosus. nec cu
pidus. Predica verbũ dei opor
tune. acquire oracionibꝫ verba
que predices. Jhesus enĩ reue
lans misteria. docet omnẽ sci
enciã. Prebe te exemplũ bono
rũ operũ. quia capite paciente
debilitatur corpus. ¶ Ut ergo
breuiter te doceam. omĩa bona
facies si deũ timueris. Patri
meo damaso episcopo portuen
si faciens mei memoriã. scribes
ut habeat me in oracionibus
suis. nec corrũpi dimittat ope
ra que tanto labore contexui.
ab hominibus iniquis et dolosis.
¶ Gaudiũ et consolationẽ ha
beo. ꝙ virũ mirabilẽ et multe
sciencie et bonitatis Augusti
nũ yponensẽ episcopũ omni
virtute et ꝑfectione redimitũ
post me relinquo. ꝓpter quẽ
multã fiduciã habeo in xp̄o

ihesu sustentandi fidem nostrã.
Cui de me scribes rogando ut
tanqũ fidelis miles pugnet.
ne veniant quod absit mala
genti nostre. Et hijs comple
tis singulariter fratres ãplec
tens, illis dedit osculũ. orans
ad xpm et sic ait. Pie ihesu
xpẽ, virtus mea et refugiũ me
um. susceptor meus. et libera
tor meus. laus mea. in quem
speraui. cui credidi, quẽ dilexi.
sũma dulcedo, turris fortitudi
nis, spes mea a iuuentute me
a. voca me dux vite mee. Et post
multa. Peccaui nimis in vi
ta mea. et malũ coram te feci.
Non te cognoui. ingratus fu
i tot beneficiorum tuorum. non ut
debebã te laudaui. Forte mul
tociens veritatẽ tactu in me
tũ pulsabas ad ostiũ cordis
mei piger fui ut te reciperem
reuerenter. Corpus putridũ de
clinaturũ in umbram nimio
affectu dilexi. vanis verbis os
inquinaui. mens mea non sẽ
per fuit in testimonio legis tu
e. non auerti aliquando ocu
los meos ne viderent vanitatẽ.
Aures meas quandoqz verbis
inutilibz inclinaui. man9 meas
ad pximi necessitatẽ multoci
es non extendi. pedibus ad in
iquitatẽ cucurri. Quid plura
dicã. A planta pedis usqz ad
verticẽ capitis non est in me

sanitas. In fine concludens. In
dicã ad me aurẽ tuã. et de hac la
crimarũ et miseriarũ valle eri
pias me. Demũ iussit corpus
suũ pe presepe dñi nudũ sepeli
ri. ut illud secũ ferret rediens. qd
portauit veniens. ut nudus e
gressus nudus reuerteretur illuc.
Et societur terra terris non la
pidibus. quodlibet enĩ natura
le appetit suũ simile. De cõmu
nione eius

Recepit demũ eucharistiã. quã cũ vi
dit auxiliantibz fratri
bus prostratus in terrã clama
uit. Dñe quis ego sum. ut sim
dignus qp intres sub tectũ me
um. Meruit hoc peccator hõ?
Certe dñe non sũ dignus. Nũ
quid ego melior sum qm̃ omẽs
patres mei. Tu moysi noluisti
vno ictu oculi te monstrare. nũc
te humilians ad hominẽ descen
dis, non solũ ut cũ illo mandu
ces sed ut te manducet. Et pro
pinquante sacerdote se erexit ad
iũtus. Et genuflexus et cũ lacri
mis pectus suũ pcutiens dixit
Tu es deus meus, et dñs meus
qui pro me passus es. copiose
tractans de deitate et hũanitate
xpi. de ipsius baptismo morte et
resurrectione ascensu in celũ vi
sibili. aduentu in diẽ iudicij. ter
rens peccatores illam sententi
am expectantes. Subdens qp
ineffabilis est admiracio et no

uitatū oīm nouitas. quia quē
celi mare et terra et omnia q̄
ī eis sūt ↄcludere non possunt:
tanta panis breuitas continet.
suis retentis accidentibus. qui-
a non ut hūanis oculis videt̄
panis est. sed totus ihesus. sicut
in celo sedet ad dexterā patris
deus et homo. ¶ Et ponens fruc-
tū digne sumenciū grauiter in-
uehit contra non digne sumen-
tes. Durū verbū interserens qꝫ
qui vitam puersam sacerdotis
agnoscit. et illū pro se celebrare
facit. fit eiusdē peccati conscius
et pene particeps. Hoc maxime
in alias non celebraturo procedit.
¶ Et post multā cōmendacionē
eucharistie. cui⁹ partē ponit cō-
stitucio vrbani. que in clementi-
nis habetur. sic conclusit. Educ
me de laqueo isto protector me-
us. gubernator meus. firmamē-
tū et refugiū meū. dux meus.
rex meus et deus meus. in cui⁹
cōmendo manibꝫ spiritū meū.
quē in crucis stipite redemisti.
¶ Respice dn̄e hūilitatē meā. sal-
uam fac animā meā. nec conclu-
das me in manus īimici. Hodi-
e tecum ingrediar in locū taber-
naculi admirabilis. ut inhabi-
tem in domo tua in longitu-
dine dierū in seculum seculi.
¶ Et hijs finitis vir gloriosus
corpus domini suscepit. et ad
terram supinus redijt. et ma-
nus in modū crucis supra
pectus tenens. symeonis ꝓphe-
te vaticiniū decantauit. ¶ Quo
finito in loco quo iacebat lux
ad instar solis effulsit. tanta qꝫ
astantes morientē videre non
poterant. in tantū splendor vi-
brabat oculos eorundē. ¶ Que
luce ad horā permanēte. quidā
viderūt agmen angelorū vndi-
qꝫ discurrenciū. sicut scintille
facere solent. ¶ Quidā hoc non
viderūt sed audierunt vocē de
celo dicentē. Veni dilecte mi. tē-
pus est quo mercedē accipias
pro laboribus quos mei causa
viriliter supportasti. ¶ Alij hoc so-
lū verbū iheronimi audierūt.
Ecce ad te venio pie ihesu xp̄e.
suscipe quē tuo recuperasti san-
guine. ¶ Tunc lux disparuit. et
anima sanctissima regnū celo-
rū adiuit. odore mirabili qui
pluribus diebus durauit in
loco dimisso. ¶ Et dignū fuit
ut odoris claceret indicio. qui
suorū verborū odore ad vnita-
tem fidei multa mēbra fetida
reuocauit. ¶ Eadem hora cy-
rillus orans in cella raptus ī
spiritu vidit. ut scribit eusebi-
us et cyrillus ipse fatetur. iter
quoddam speciosū de monas-
terio iheronimi. usqꝫ ad celum.
et multitudinē angelorū alter-
natim cū melodijs et cantibꝫ
cereos deferenciū. et aliā non

minorẽ istis obuiã venientẽ. ibidem iheronimi aĩa preciosa petiuit ab illo. Agnoscis me? Ad quã ille. Minime. At illa. Fuit tibi de iheronimo aliqua cognicio? Qui respondit. Illũ affectu diligo singulari. At illa. Eius sũ anima qui gloriã obtineo quã sperabam. Ad meos pergito filios. et que vidisti nũcia. ut amici a luctu desinant. et statim congaudeant. Euanuit statim visio. Et cyrillus in se reuersus vix pre gaudio lacrimas cõtinuit. et hoc fratribꝫ insinuauit. Hoc eusebius de visione. Sed q̃a augustinus in ep̃la de qua supra duas alias visiones adiungit illas hic insero. Refert ꝙ die et hora mortis iheronimi meditatus sibi scribere epistolã querentẽ de animarũ beatorũ gloria. existens ꝑponie intra cellã. iam carta et calamo ꝑparatis. dũ salutacionẽ scriberet. ineffabile lumẽ alias inuisũ. cũ ineffabili odoris fragrantia cellam intrauit. Ex quibꝫ stupefactus manens vocẽ audiuit dicentẽ. Augustine augustine quid queris? Et subdidit. Si putabat breui vasculo totum mare vel terrarũ orbẽ includẽ. firmare celorꝫ motus ne currãt. vel videre audire vel intelligere que oculus non vidit auris nõ audiuit. et in cor hominis nõ ascendit. Vel si putabat infinitũ finire. ĩmensũ mensurare. dicẽs id scire non posse ad quod tendebat nisi per experienciã. Suadẽs eũ sic operari ꝙ illa sciũ intelligeret vite cursu finito. Dicit autẽ augustinus ꝙ licet pauidus tremulenta voce inquisiuit quis esset. Vox autẽ respondit ꝙ erat aĩa iheronimi illa hora completorij a corpore separata pergẽs ad regna celorũ. Augustinus autem viribꝫ recollectis respondit. Utinã virorũ eminentissime tui merear esse pedissequus. se illius suffragijs recõmendãs. Demũ petita querendi licencia et obtenta quesiuit. Si beatorũ aĩe aliqua velle poterant. que obtinẽ nequirent. Qui respondit illas sic solidatas in deo ꝙ nulla eis inest voluntas nisi dei. et nil velle possunt nisi quod deus vult. Et ideo que volũt obtinere possunt. Subdens ipse augustinus ad cyrillũ. ꝙ de vnitate trinitatis et eius trinitate. de generacione filij. et processione sp̃us sc̃i. de angelicis ierarchijs et ordinibꝫ. et eorũ spirituũ ministerijs et aĩarũ felicitate. ab ipsa anima plenissime fuit instructus. Et demũ lux disparuit. Multis tamẽ diebꝫ ineffabilis odor mansit. Cuius iheronimi reliquias in bethleem se visitaturũ asseruit.

Addidit se habuisse a seuero beati quondā martini discipulo q̄ illa hora completorij et mortis iheronimi. turonis in domo sua existens cū tribus quorū duo monachi erant monasterij beati martini simul audierūt voces cantuū suauissimorū ineffabilium. Item organorū. Item psalteriorū et tocius simphonie et instrumentorꝫ sonos quibꝫ celū et terra resonare videbant. Oculos leuantes lucē viderūt sole clariorem. Ex qua oīm odorū erūpebant aromata. videntes hec miranda deū rogarūt ut eos p̄dictorū causa non lateret. Quibus vox de celo narrauit hoc euenire quia cristus cū angelis patriarchis, ꝓphetis, apostolis discipulis martiribꝫ confessoribus: et virgine gloriosa cōcomitata virginibꝫ et beatorū aīabꝫ. iheronimo tūc in bethleē mortuo ipsi9 aīe festiu9 occurrebāt ut illa tanto pre ceteris honorificencius excellencius et sublimius introduceret in regnū suū. quanto ille pre ceteris fulgebat sublimioris et sanctioris vite meritis et doctrinis. Hec augustinus ubi supra.

Eusebius autē interfertis in epistola sua de sepultura et miraculis. de quibus infra dicā. lamētationes faciebat inter cetera sic dicens. O mors crudelis. non illi sed michi et toti ecclesie cui subripuisti athletam cuius similis non remanet in doctrina virtute et sanctitate. Hic princeps pacis dux iusticie doctor veritatis et equitatis. Armiger intemerate fidei. et contra hereticos bellator fortis. cuius sagitta nūquā abijt retrorsū. nec declinauit clipeus eius in bello. et eius hasta nūquā est auersa. Induti xp̄ianorꝫ plebis flete. quia cecidit dux nr̄. Siccatus est fons vite. et disparuit vena aquarū viuenciū. Et tu terra quare audes retinere hominē non tuū. et qui nil gessit terrenū.

Ad consolationes demū se voluens dicebat. Cesset dolor. absit tristicia. que remediū nō tribuit dolori sed auget. Si patrem nostrū diligimus eius leticia gaudeamus. Hodie obtinuit quod desiderauit deuictis hostibus triūphauit expletis laboribus sine fine regnauit ubi omne gaudiū. ē omnisqꝫ suauitas. ubi solēpnitas angelorū. ubi societas et caritas ciuium supernorū. ubi non expectatur glorie minoratio sed augmētum. cum oīm vniuersalis erit resurrectio mortuorū. ubi tūc corpus cuiuslibet beatorum simul cum aīa predictā gloriā quā nūc sola possidet aīa fine interminabili possidebit.

Deponens igitur iheronimus huius mū-

di vitam caducã vanã. et fal
laciem leticiã. pondus amaris
simũ. et graue sarcinã. opti
mam parte elegit que nõ au
feretur ab eo. Quare gauden
dũ exultandũ cantandũ nobis
est et psallendũ. Et sic conclusit
Uale iheronime gloriose nos
tri semp faciens apud deu me
moriam. ut tua piissima inter
cessione possim⁹ et in presenti ab
omibus protegi nociuis. et in
futuro gaudia que tu possides
adipisci. Amen. Excusetur pro
lixitas q̃ tñ ut dixi ex qliqz par
tibus quatuor decurtauit. Et
dicam cũ iheronimo ad pauli
nũ vij. ubi de esdra loquit. Cer
nis me amore scripturarũ rap
tum excessisse modũ epistole n̄
tamẽ implesse quod volui. Ex
predictis etiã īmensam ihero
nimi sapienciã collige. que nec
in vite recessu defecit. Nam si
mul ipsius spiritus. et egregi
orũ documentorũ cursus extīc
tus est. Concludo ergo per hos
versus ab antiquo compositos.
Aurea dicta patris monstrãt
tibi gaudia pacis. Si placeat
vere iheronimi iussa tenere.
Que sibi credentes prouehũt
sup ethera mentes.
Restat ex quo miracula
et miranda que obue
nerũt in vita. et sui o
bitus seriem. et que mortis tẽ
pore docuit vidim⁹. ad miracula
secundi temporis. saluet quo cor
pus post morte iacuit inhuma
tum. stilũ cõuertere. De ceco illu
minato et c. ijs
Narrat eu
sebius se cũ multis vi
disse quendã non ceca
tũ. sed a natiuitate cecũ. corpus
illud tangendo visus beneficiũ
recepisse. Et certe decuit in cecu
lumine miraculũ fieri per illũ.
qui tot cecos illuminauerat ītel
lectus. Item q cuidã iuueni
surdo et muto corpus illud sãc
tissimũ osculanti. soluto aurium
et lingue ligamine subito loq
di et audiendi gratia est cõces
sa. Et decuit ut talem in mor
te sanaret is. qui spiritualiter
surdos et mutos curas īnumera
biles pcurauit. Item hereticus
quidam illud gloriosissimũ cor
pus dicens publice. et cũ blasfe
mia dignũ incendio. ultione
diuina ad hereticorũ formidi
nem in ligni speciem est muta
tus. et subito videntibz qui ad
erant ignis de celo descendens
ipsum cõbussit. et reduxit in ci
nerem. Propter quod tam patens
miraculũ multi heretici ad lu
men fidei et gremiũ ecclesie sũt
reuersi. Item infirmi plures
sunt curati. et demoniaci tunc.
et postmodũ ad eius tumulum
sanati. demonibz clamantibz.
Sancte iheronime viuus & mor

tuus flagellū nrm. aut nos tā
insequeris. De translatione eius.
HOc terciū tempus. scilicet
post sepulturā de ipso
mūdo factam ante psē
pe dn̄i nostri. prout mandaue
rat quod sicut prolixioris est
temporis sic pluriū miraculoꝝ
numerū continet. veniam⁹. Et
est aduertendū. qꝫ non sine do
no et priuilegio singulari di
uina puidentia benigne dispo
suit ut idem locus xp̄i ingressū.
et iheronimi nūciaret egressum.
Quod in translatiōis actu vo
luit iterari. cū ipsius doctoris cor
pus translatū ad vrbem iuxta lo
cum ubi in ecclesia sancte mari
e maioris presepe dn̄i figuralit
fuerit collocatū. Ne autē trans
lationis ipsius modus ignoret
et tempus. ante om̄ia est scien
dū. qꝫ cyrillus in fine illius epis
tole ad augustinū. de qua inf
dicetur ait. qꝫ cū una cū suffra
ganijs et multitudine catholico
rū cōuenisset dn̄ica post penthe
costen. ut in tumulo marmoreo
decoro valde ad hoc fabricato
transferrent corpus in terra se
pultū. sacris indutus vestibus.
fodere cepit. et demū euacuata
fouea. est repertū qꝫ illud in nul
la parte terrā tangens in aere
manebat incorruptū et integrū.
et inde leuatū super altare po
sitū fuit. ut reliquie sanctissime
a populo viderentur. Refert
autē qꝫ tūc ceci xvj. recupera
uerūt visum. Tres demoniaci
cathenis ligati sanati sunt. Fi
lius vidue pressura tūc mortu
us per matrē in foueā tunc
positus. reuiuiscit. Quod vidēs
alia mulier cui⁹ filius triduo
prius mortuus fuerat. illū ex
humatū in eandē foueam po
suit. et spiritū vite recepit. Cir
ca vesperas autē post predicta
miracula. corpus de altari le
uatū fuit positū in monumē
to predicto. Sed mane monu
mentū vacuū est īuentū. et cor
pus sanctissimū fouee pristine c̄
stitutū. De quo cyrillus admi
ratus refert nocte sequenti sibi
dormienti beatū iheronimū
apparuisse et inter multa dixis
se corpus suū de fouea qua ia
cebat de cetero non trahendū.
donec ciuitas iherusalem ab
infidelibus caperetur. et tunc
romā portaretur. multo ibi tem
pore requiescens. quod episcopis
alijsqꝫ clericis enarrauit. Hec cy
rillus. Continuanda autē in
quadā legenda de roma trans
missa reperi. qꝫ lapso post mor
tem iheronimi magno curricu
lo temporis ierlm destructa fuit
et a barbaris occupata. et cū fe
re oīm sanctorū esset orbata re
liquijs. solo corpore iheronimi
in partibus illis relicto. idem

gloriosus doctor apparuit v-
ni monacho ibi legenti mā-
dans corpus suū romā defer-
ri et in ecclesia dei genitricis
ad presepe reponi. Qui per
trinam visionē admonitus
surrexit et beati iheronimi sāc-
tas reliquias accepit romāq
cū duobus comitibꝫ venit et
in predicta basilica in loco hu-
mili sicut ipse mandauerat an-
te presepe dn̄i assistentibꝫ cano-
nicas ipsius basilice deuote repo-
suit. Et sic vir sanctus iam in
celo triūphans illius basilicā
voluit honorare. quā in terris
militans magnis preconijs ex-
tulit et deuotissime laudauit.

Ad cyrillū augustinus
scripsit epistolam. in
qua narrauit suam
duplicē de iheronimo visionē.
que due supra inter epistolā
eusebij sunt inserte. ¶ Et in ea-
dem epistola requisiuit eūdē
ut sibi scriberet prodigia ho-
minibꝫ insueta. que deus per
beatū iheronimū fecerat. ut ip-
sum gloriosū et celebrē faceret
huic mūdo. Qui cyrillus req-
sicōi parēdo p̄mittit ꝙ eusebi⁹
discipul⁹ iheronimi ad ipsū aug⁹ᵐ
& plures alios plene scripserat
mortis sue seriem. et ipsius cy-
rilli visionē. In illis non istās
transit ad miracula. a predic-
to eusebio inchoando dicens.

ꝙ post obitū iheronimi inter
grecos heresis secta surrexit. q̄
quia ubi viciū oritur non finit.
ad latinos usqꝫ peruenit. tenēs
ꝙ aīe beatorū usqꝫ ad vniuer-
salis iudicij diem quo corpori-
bus cōiungent̄ priuabunt̄ cog-
nicione et visione diuina. in q°
consistit beatitudo sanctorū. De
dampnatis idem dicentes sa-
lucet ꝙ usqꝫ ad diē illam nullis
penis cruciabunt̄ et ipsorū ra-
cio talis erat. sicut aīa cum cor-
pore meruit vel peccauit. ita cū
corpore premia recipiet vel pe-
nas. Negabant etiā illi purga-
torij locum esse. in quo fides
nostra tenet aīas purgari. que
de suis peccatis in hoc seculo
plenā penitenciā non egerūnt.
Crebrescentibus autē hijs et p
id fidelium dolore crescente cyril-
lus suffraganeos et viros catho-
licos cōuocauit. illis ieiunia et
oraciones indicēs. ut deus sic
fidem suā agitari non sineret.
Quorū tribus diebus expletis.
nocte sequenti gloriosus ihero-
nim⁹ manifeste apparuit euse-
bio adhuc oracioni īcūmbenti
illū confortans et asserens illi
secte finē velociter imponendū.
Ad quē eusebius lacrimās cla-
mauit. Pater meus iheronim⁹
es. et hoc iterans ait. Cur me
deseris? Ad quem iheronimus
Non te fili dilectissime deserā.

Vigesimo autē die me sequeris et simul in gaudio manebimus sine fine. Sed cyrillo cunctisq fratribus nūcia ut die crastina intra presepe domini. ubi meū corpus quiescit omnes in vnū conueniāt tam catholici q̄ illi us secte viri. Et tu triū virorum qui in hac urbe ista nocte sunt mortui corpora inhumata in loco in quo corpus meū hūmatū est facies deportari. Sup quibꝫ saccū quo utebar ponens. statim vite pristine redditi hanc heresī radiatus exturpabūt. Cui vale dicens iheronim9 disparuit. Mane facto hec omnia eusebius cyrillo narrauit. Qui deo et iheronimo gratias agens ubi et prout iussit iheronim9 congregatione fecit et mortuorū corpora ibi ferri. Deridebant hec illius secte cultores. quasi exinanita esset manus dn̄i. Accedens autē eusebius ad singulorū corpora flexis genibus. et manibꝫ in celū extensis cunctis audientibus orauit. ut deus cui nichil impossibile. et qui non spernit sperantes in se. per intercessionē beati iheronimi in illa corpora reduceret aīas quas de illis eduxit. Demū singula corpora sacco quo super carnē beatus iheronim9 utebatur tangens in ipsorū quodlibet vite spiritū reduxit. Qui tres apertis oculis

et omnibꝫ vite signis ostensis perfecte resuscitati reperunt animarū beatoꝝ gloriā et peccatorū penas tam purgatorij q̄ inferni clara voce omnibꝫ nūciare. Nam et postea cyrillo retulerūt q̄ beatus iheronim9 illos conduxerat ad paradisū purgatoriū et infernū. ut que ibi agebant patefacerent vniuersis. illisq dixerat q̄ rediret ad corpus et de peccatis suis penitenciā agerent. quia die et hora qua eusebius migraturus erat morerentur et ipsi si bene agerent cū ipso gloriam adepturi. Et sic fuit ut infra dicetur. Multitudo ergo tam fideliū q̄ illius secte virorū tam certū erroris indiciū veritatis experimentū. et beati iheronimi merita cernens. īmensas laudes deo et beato iheronimo reddiderūt.

De morte eusebij.

Breuiter subdendū est q̄ adueniente die tercio ante diem quo scd̄m assertionem iheronimi erat eusebius moriturus. ipse febribus grauatus magistri non īmemor se nudū supra terrā deferri fecit a fratribus. et singulos osculans. confortans et amonens ut in sancto proposito remanerēt saccū iheronimi sup se poni iussit. mandans se nu

dum extra ecclesiã in qua ihe
ronim⁹ iacebat sepeliri. Et eu
charistia suscepta se deo et bea
to iheronimo cõmendauit. et
sic per triduũ iacuit locutione
et corporali visione priuatus.
Circũstantibz fratribus et alt'
natim psalteriũ passionẽ dñi
et alia sacra legentibus. Appa
ruit hoc durũ et formidabile vi
de. Nam per duas horas ante
mortem fecit eusebius tam ter
ribiles actus q astantes meri
to formidabant clamans quan
doqz transuersis oculis. facie ter
ribili. manibz simul iũctis. vo
ce dura. non faciã. non faciam.
mentiris mentiris. Post id faci
em firmabat in terrã. clamans
adiuuate me fratres ne pereã.
Et fratribus interrogantibus
quid habebat respondit. Nõne
videtis agmina demonũ qui
debellare me cupiũt? Et illis
querentibz quare dicebat non
faciam. respondit. Conantur
ut diuini nomĩs blasphemus
īueniar. Et illi. quare faciem
abscondebas in terra? Respon
dit. ne illius aspectũ cernerem
qui tam turpis et horribilis est.
q eius visio omnes penas exce
dit. Inter hec verba actus prio
res iterans ad extremã horam
puenit. Tũc iheronim⁹ illi ap
paruit. ipsum benigne confor
tans. in cui⁹ aduentu demonũ

turba pterrita velut fum⁹ eua
nuit. ut plures testantur mona
chi. qui se asserũt id vidisse ex dis
pensatione diuina. In hoc omẽs
qui circũstabãt concordant. qd
hec vox eusebij fuit intellecta. Vñ
venis pater? Quare tantũ mo
ratus es? Queso. tuũ filiũ non
relinquas. Cui alia vox respõ
dit. Expecta fili ne formides. quia
te non deseram. Post que par
uula mora eusebius expirauit.
Cui erat graue ab illa vita disce
di tui cupiebat morte ~~morte~~
cõiungi. Quod interdũ gran
dis et honestissim⁹ amor agit.
Eadem hora hij tres qui susci
tati fuerant migrauerũt. De
quibus sperandũ ꝓpter multã
penitentiã quã tunc fecerũt q
cũ eusebio in patria sint locati.
Interposuit autẽ cyrillus hic
multa que ab illis resuscitatis
didicisse se dicit. que licet utilia
sint decido tamen. quia princi
pali ꝓposito subiecta non sunt.
tum quia deo duce epistole illi⁹
copia deinceps habebitur. In
funeratione autẽ sui eusebius
cecũ illũminauit. qui suũ corpus
facie tetigit. Demoniacũ libera
uit. qui funeri dũ portabatur
occurrit. Fuit autẽ sepultus
nudus iuxta ecclesiam in qua
corpus iheronimi est humatũ.
In cui⁹ ecclesie cymiterio illorũ
qui eadẽ hora sũt mortui fuerũt

corpora tumulata. Miraculum circa sabinianū heresiarcham.

Circa sabinianū heresiarcham instandū. qui duas in voluntates asserebebat in xpō. et quod peius est sibi quandoqȝ discordes inducens illud quod in euangelio xpc dicit. Pater si fieri potest transeat a me calix iste. Eliciens ex hoc per suas pene inextricabiles rationes. qꝫ vna voluntate renuit passionem. alia volūtate coactus subiuit eandē. Ex hijs subdens qd multa xpc voluit que obtinere non potuit. Composuerat etiā de hoc opusculū quod iheronimo totius veritatis speculo imputabat. Et quia sciebat cyrill iheronimū ad augustinū paulo ante suum obitum epistolā super huiꝰ erroris destructione scripsisse. sabinianū predictum cū suis sequacibus requisiuit. ut ad disputandū sup eo certa die dominica in iherosolimitana ecclesia cōuenirent. Quo die cyrillus cū suffraganeis et ceteris catholicis. et ipse heresiarcha cū suis nephandis in predicta ecclesia adunatis fuit disputacio in nonis incepta ad vesperas protelata. Et dū sabinianꝰ opus illud intitulatū iheronimo sed a se cōpositū contra catholicos allegaret id sustinere non valens bone memorie siluanus archiepiscopus nazareth. qui tanta deuocione colebat iheronimū. qꝫ in suis gestis semper diuinū nomen et beati iheronimi ꝓponebat vn̄ qꝫ si ab oībȝ iheronimꝰ dicebat. heresiarcham increpauit eundem. Et dū inter ipsos longa fuisset et dura contencio. et alternatim cōuiciassent opprobria. ī fīē sic ab ꝓparte statuerūt qꝫ si usqȝ ad horam nonā diei proxime subsequētis illud opus fuisse false compositū beatus iheronimꝰ ostenderet heresiarcha predictus capite puniretur. Sin autē archiepiscopꝰ idem suppliciū pateretur. Singulis ad ꝓpria remeantibꝫ catholici tota nocte oracionibꝫ vacauerūt. Et die et hora statutis heresiarcha cū suis in ecclesia veniens discurrens et rugiens dei seruū et filiū deuorare querebat. Stabat concio fideliū in ecclesia iheronimi clamans nomē. qui aures claudebat ut mirabilior appareret. de quo tamē cyrillus admirans lacrimas ꝓfūdebat. Et cū nil miraculi appareret siluanus ad suppliciū locū quasi ad nuptias pergebat ītrepidus. sic episcopos et catholicos confortabat. Exultate meū carissimi et gaudete et nolite tristari. quia non dereliquit deus sperantes in se. Si non exaudiat plus vos meis ꝓpeccatis nequicijs meruit. post hec genua flectens inquit.

Sancte iheronime adesto mi-
chi si placet. quamquam hoc et ma-
ri supplicio dignus sum. tamen
ne falsitas locum teneat. veritati
succurre. Quod si fas non est ut
ad viuer propicius esto michi in
hac hora mortis. ut glorie finis
nescie non sim expars. Et hec
dicens spiculatori collum prebu-
it. et ut feriat ipsum rogat. Qui
leuauit ensem. antistitis caput
vno ictu cupiens amputare.
Adest beatus iheronimus. et cunc-
tis cernentibus extensa manu te-
net ensem. siluano imperans ut
exurgat. Deinde heresiarcham
increpans. et scripturas false
compositas inueniens. eius minas
disparuit. Et confestim caput
heresiarche terram petijt a corpo-
re detruncatum. ac si fuisset spicu-
latoris ense ictu vno amputa-
tum. Per quod miraculum here-
siarche discipuli stupefacti. ad
veritatis tramitem redierunt.

Aliud miraculum de siluano.

De siluano aliud non
minus mirabile est con-
iugendum. cuius omnes
illius temporis homines de na-
zareth. et bethleem testes erant ex
visu. Dyabolus siluani antisti-
tis inuidens sanctitati. ut ipsum
infamem redderet nocte quadam
ipsius formam assumens apparu-
it cuidam nobilissime mulieri in
lecto manenti sui corporis requi-
rens assensum. Mulier dictas vo-
ces emisit. ad quas traxerunt
non solum domestici sed etiam
conuicini. Serpens autem antiquus
sub thoro latuit. Ad dictum pani
de mulieris dicentis hominem
quendam ipsius intrasse thalamum.
diu perquirentes qui accurrerant
illum finaliter inuenerunt. quem intu-
entes siluanum archiepiscopum cre-
diderunt. Et stupefacti propter opi-
nionem sanctitatis illius. interro-
gauerunt cur tantam nequiciam per-
petrasset. At ille respondit. Quid
mali feci. si mulier ista me ad
sui coitum inuitauit. Quod muli-
er audiens cum mentitum lacrimas
conrespondit. Tunc ille ut asta-
tes ad maius ipsius odium in-
citaret cepit horrenda loqui. que
sustinere non valentes qui ad-
erant. illum cum contumelijs et op-
probrijs extra domicilium expu-
lerunt. Mane autem predicta nar-
rantes siluanum ypocritam et dig-
num incendio acclamabant. Qui-
de re sic commota est ciuitas con-
tra illum. quod nomen eius singuli
blasphemabant. Volat ad eum
tanti fama discriminis. cuius cor
manet immobile. et os non mo-
uetur ad murmur. gratias agens
deo. et se id asserens meruisse.
Nam et cyrillus se ab ipso sepi-
us asserit audiuisse. se numquam tan-
tum fore felicem. quantum cum se ab
hominibus despici et conculcari

cernebat. Volauit infamia in
alexandriā cyprū. et ciuitates af
fines. Reuoluto autē anno sil
uanus nazareth occulte deserēs
et ad ecclesiā in qua gloriosissi
mi iheronimi corpus quiescit hu
matū. tanq̄ ad refugij portū ve
niens. se in sepulture loco posu
it oraturus. Quo per duarum
horarū spaciū sic manente vir
nequā intrauit. qui velut draco
cucurrit ad siluanū. quē super
sepulchrū vidit orantē. et illi i
perans q̄ mulieres ad suam
libidinē incitabat. gladiū de
vagina trahens dexteram ele
uauit ut illū in siluani guttur
imergeret. Cui cū hoc verbum.
succurre iheronime siluanus op
poneret. ille in guttur primum
gladiū leuatū submersit sua dex
tera retrouersa. Superueniens
alter nequissimus cui hoc vidit.
extimans hominē illū per dei
virū nequiter interemptū illū
interficere conabatur. sed qd̄ primo
acciderat etiā euenit huic. Sta
tim duo alij ecclesiam intraue
runt. quod videntes ignari di
uini iudicij. scelus illud factū
a dei homine putauerūt. Quo
rū vnus pre alijs graue ferens
alte clamauit. Latenter mulie
res ad tuā libidinē prouocas.
et occidis homines in occulto.
Certe tue nequicie finis erit. Et
currens ut illū extingueret en

se nudato. et siluano clamā
te. succurre iheronime. vir ille
ut duo primi se sua manu et
ense proprio interfecit. Quod so
cius maleficijs factū putans.
ad fores vadens. clamauit. Ac
currite. quia siluanus male
ficijs non solū mulieres vitu
perat: sed et homines incanta
cionibz suis necat. Concurrit
sexus vterqz. verberant aera
voces. combustiōe dignū silua
nū nequissimū acclamantes.
Currit illuc cyrillus. tristis et
lacrimās. vidit siluanū letū.
ac si prosperis fungeretur. dicen
tem hoc solū. Iuste patior q̄a
in deū meū peccaui. Verbera
tur inocens. capitur ut ad sup
pliciū deducatur. Cyrillus indi
cebat manu silenciū. sed popu
lus amplius inflāmatur. Cū
qz siluanus extra ecclesiam du
ceretur. iheronimus exiens visi
biliter de sepulchro cunctis ap
paruit. tanto circūfultus lumi
ne. q̄ intuenciū eū oculi vibra
rentur. Qui siluani dexteram
capiens sua dextera precepit te
nentibz indilate dimitti. Cui
vox nondū finite paciū est.
Nam et tenentes tantus ti
mor inuasit. q̄ velut mortui ce
ciderūt. Inter hec demoniaca
quedam cōpedibus et manicis
ferreis alligata pluriū homi
nū manibz ducebatur ad eccle

ſiam liberanda. Et cum pes
mulieris tetigit limen eccleſie.
emiſit dyabolus terribiles vo
ces dicens. Miſerere mei ihero
nime quia per te crucior. Cui
iheronim9. nephande ſpiritus
exi ab hac dei famula. et tuas
detege quas erga ſiluanū e
giſti fallacias. in ſiluani for
ma omībus te demonſtrās. Qđ
demon fecit. ita ꝙ per omēs ſil
uanus archiepiſcopus videba
tur. Et rem quā fecerat ut ſil
uanū infamē redderet enarra
uit. Hijs dictis cū clamore de
templo euanuit. Iheronim9
autē ſiluani dexteram non re
linquendo leni voce queſiuit
ab illo. quid ipſū facturū opta
ret. Qui reſpondit. mi dn̄e ut
me hic amplius non relinquas.
Ad quē iheronim9. quod poſtu
las ita fiet. Hoc dicto diſparu
it. Et ſiluanus poſt vnius ho
re ſpaciū expirauit. Concurrit
virorū mulierū et puerorū mul
titudo. quorū lacrimis terra
madet. quia quiſqꝫ ſe in ſilua
nū peccaſſe clamabat. nocte to
ta multitudo populi de eccleſi
a non recedit. Mane facto na
zareth portatus in ipſius loci
eccleſia ſepelitur. Aliud miracu
lū de duobus alexandrinis.

Eximiū de duobus alex
andrinis miraculū nar
rat cyrillus. quod dicit
ſibi notū partim ex viſu parti
ex fidedignorū teſtimonio. qđ
duo gentiles alias boni. in de
uocione iheronimi feruidi ipſi
us reliquias de alexandria cep
to itinere viſitabant. In via cō
tigit ꝙ a tramite deuij ingreſſi
ſunt nemus ubi hoim vel eq9
rū veſtigia non patebant. Qui
iheronimū inuocantes ſe illius
cuſtodie tradiderūt. Sed habi
tabat in nemore caterua latro
nū quingētorū et ultra. quorū
princeps nūc hos mittebat nūc
illos ad occiſiones et ſpolia refe
renda. Qui hos intuens tranſ
euntes. tres miſit ad illorū mor
tem et ſpolia. Qui appropinquā
tes eiſdem. quos duos prius cer
nebant. tūc quaſi īnumerabi
les eſſe vident. quos vnus prei
bat tanto lumē illuſtratus ꝙ in
tueri non poterat. Apprehendit
illos timor et ſtupor et admira
cio. et ad mittentē redire ceperūt.
Elongati autē et retrouerſi ſo
lū illos duos eſſe viderūt. Et ſe
putantes illuſos ad illos redeūt
quibꝫ ꝓpinquantibꝫ multitudi
nē viderūt ut prius. Et ſic āpli
us ſtupefacti ad ſuū principē re
dierūt. Qui auditis que vide
rant illos fatuos extimans et
grauiter increpans aſſūptis du
odecim occurrit illuc. peregri
nos duos eſſe cernūt alonge. ſꝫ
ꝓpinqui uti primi viderūt. ſic

et isti. Eorū cor trepidat tremūt
passus. tandem latenter eos se
qui deliberant et videre quid
accidet. Timēt etiā peregrini. ꝗ
post solis occasū destituti consi
lio ad latrones quos viatores
putabāt consulendos accedunt.
Quos latrones illi duos solos
tūc esse cernentes. obuiauerūt
eisdem se īuicem salutantes. Que
runt latrones qui sūt unde ve
niant. quo vadant. Qui se alex
andrinos dixerūt euntes in beth
leem ad gloriosi iheronimi reli
quias visitandas. Quesiuit pri
ceps latronū qui fuerāt viri co
mitantes eosdem. Qui de hoc mi
rati se post ingressū nemoris nl
los nisi eos et tres alios vidisse
dixerūt. Tunc princeps que ges
ta fuerant narrauit eisdē. obse
crans ut ob quā causā accideret
si scirent indicare deberēt. Qui
aliā causam se nescire dixerūt
nisi ꝙ videntes se deuios beati
iheronimi se custodie cōmiserūt.
Tūc latrones spiritu sancto qui
ubi vult spirat subito inspira
ti omni ferocitate deposita ipso
rū pedibꝫ prouoluti pro excogita
tis flagitijs veniā postulantes
illos ad latrones alios ꝑduxerūt.
Ad quos hora prima noctis per
uenerūt. quod acciderat declarā
tes. et hortantes ut dimissis fla
gitijs solitis secū ad visitandū
gloriosissimi iheronimi corpus
accederent. Irrident alij et mi
nantur principi et alijs duram
necem si talia plus loquantur.
Quibꝫ non cessantibꝫ loqui p̄
dicta. latronū plurimi quasi
canis rabie furibundi denuda
tis ensibꝫ surgunt in illos. Sꝫ
illis gloriosi iheronimi auxiliū
alte petentibus. enses leuantes
latrones deponere non potue
runt. donec hij quos volebant
occidere. id a iheronimo postu
larūt. Et hec insueta vidēs il
la latronū concio repente cū
laudibus se vouerūt gloriosi
iheronimi reliquias visitare.
Et mane facto plusꝗ̄ trecenti
cū alexandrinis nemus egres
si. demū ad iheronimi tumulū
deuenerūt. cunctis hec tam in
sueta prodigia enarrantes. Bap
tizātur alexandrini et demū re
ligionē in quodā cenobio pro
fitentur. Et latrones vitā lau
dabilem peregerunt. De duo
bus romanis. martin.

Fuit simile duorū roma
norū prodigiū. quod
dicit cyrillus se per certas de
constantinopoli sibi directas
litteras recepisse. Qui dū ihe
ronimi tumulū visitarent ap
propinquātes ruri per xij mi
liaria a constantinopoli ciui
tate distanti. tū duo tūc ibi fu
issent homines interfecti. et
viri ruris illius ad interfecto

res ꝑquirendos ad diuersa lo-
ca discurrerēt per certos ex illis
hij duo iuuenes īuenti. quasi
homicidiorū rei ad eus ducti
fuerūt. Et demū ad constanti-
nopolitanū dnm̄ missi. quia
ad eos iurisdictio nō spectabat.
Ibi tormentorū rigore confessi.
sententiant̄ decollari debere.
Heu quis non moueretur ad
lacrimas audiendo īnocentes.
quos formositas et nobilitas
decorabāt. fauces pallidas la-
crimis irrigantes. de iheronīō
conqueri et testari. ꝙ roma
sic erat inscia sui finis. Qui
ad locū ducti supplicij genibus
flexis et in celū manibus le-
uatis īuocant iheronimū al-
ta voce supplicantes. ut si scelus
quo pūniebant̄ non fecerant.
liberacionis opem pietate sol-
ta preberet eisdem. Qđ si fece-
rant exigente iusticia pūnirē-
tur. Et extendentes colla car-
nificibus hoc solū dicebant.
Succurre iheronime glorio-
se. tūc carnifices leuatis ensi-
bus colla iuuenū feriūt. que
ac si lapides porphirici essent
manent illesa. At illi iterū et
iterū feriūt. sed iuuenes enses
ut paleas senciūt. Stupent
et mirant̄ astantes. confluit
multitudo. concurrit et iudex
qui carnificibz iubet ut se vi-
dente iterū feriāt. quod agūt

et colla manēt illesa. Stupēs
iudex ignarus miraculi male-
ficiū reputans iussit iuuenes
igne comburi. Mox circa illos
nudos copiosus ignis accendi-
tur. et infundit̄ pix et oleū ut
cicius comburantur. Sed vir-
tute iheronimi flāme sursum
ascendunt in altū. et iuuenes
manent illesi. Iudex dubitans
an miraculo vel veneficio ista
fierēt. censuit ꝙ si isti diebus
octo suspensi viuerēt. quo vel-
lent abirent liberi et soluti. Sus-
pensis ꝗ illis iheronim⁹ affuit.
et tenens manibus plantas
pedū illos illesos et viuaces mi-
rabiliter preseruauit. Currit oc-
tauo die multitudo virorū. cur-
rit et iudex. cernūt miraculū
pandentibz custodibus iuuenū
predictorū. mirant̄ omnes. lau-
des iheronimo referūt. deponū-
tur īnoxij. venerant̄ a populo.
Constantinopolim quā capti
dolentes intrauerūt. reintrāt
liberi. et exeūt mirifice honora-
ti. Et a multis de constantino-
poli sociati reliquias iheroni-
mi veneracione debita visita-
runt. Et statim secularium om-
niū cura deposita monasteriū
in quo gloriosus iheronimus
vixit intrarūt et quulli tempo-
re manebant ibidem.

De quodam mōsterio monialiū
quod ꝓpter symoniam corruit.

Grandis formidinis debet esse religiosis et cōstitutis in sacris id qđ apud superiorē thebaydem accidit de quodā monasterio dn̄arū. in quo fere ducente dn̄e recluse continue moribus et honestate decore religiose vivebant. preter hoc q̄ nulla recipiebatur ibidē caritatis vel sue virtutis intuitu. sed solū pecunie interuentu. Erat autē sanctimonialis vna. grandis etate que p⁹ infanciā in ieiunijs et oracionibus deo vixerat terrena despiciens. que illud symonie viciū q̄plurimū abhorrebat. Cui in oracione manenti nocte quadam iheronim⁹ apparuit imēso lumine locū illustrans sibiq3 precepit ut mane abbatisse et monialibz nūciaret q̄ nisi a predicto peccato iam veterato desisterent ultionē diuinā subito expectarent. Hijs dictis disparuit. Monialis ꝑterrita hui⁹modi visione et quis fuit iubēs ignorans. noctē peregit insompnē. Mane autē facto. moniales pulsato tītinnabulo cong̃gauit. et surgens que viderat et audierat patefecit eisdem. Que omnes deriserūt eandē dicentes illā fatuam. vel ꝓpter ebrietatē talia sompniasse. Illa vero contra contumelias se paciencie scuto muniuit. orans continuo ne quod audierat eueniret. Tn̄sactis diebz decē sibi oranti iterū apparuit iheronim⁹ gloriosus mandans eidē allocucioē benigna. ut que prius monialibz nūciarat iterū eisdem nūciaret intrepide. Ad que illa. Quis es dn̄e qui talia michi mandas? Respondit se fore iheronimū. Et ab eius euanuit oculis. Illa malens insana et ebria reputari q̄m diuinis nō parere preceptis. congregatis iterū monialibus. que viderat et audierat voluit nūciare. Sꝫ cū moniales illam surrexisse viderūt antequā verbū inciperet. cachinnantes de capitulo exiuerūt. Transactis vero tribus diebus. iheronim⁹ ineffabili angelorū societate vallat⁹ excitauit eandem. iubens ut monasteriū illud exiret nec diuinā sentenciā expectaret. Sed cū illa id non fieri supplicaret. concessit iheronim⁹ q̄ sine mora ad abbatissam ꝑgeret et ceteras moniales. asserens q̄ nisi ea nocte peniterent diuinam non fugerent ulcionē. precipiens illam egredi si ille in sua duricie ꝑmanerēt. Et hijs finitis abcessit. Monialis vero anxia et tristis capitl'm adijt. pulsans campanā vehementer. Abbatissa de sompno vigilans sciens campanā ab illa pulsa-

tam ad locū accessit. et grauit
illā increpans nullū ipsius ver
bum voluit audire. promittēs
q si non cessaret a talibus. in
monasterio non maneret. Illa
instetit ut promissa perficeret
dicens se ibi nolle manere. cū
iheronim⁹ sibi patefecerit iudi
ciū monasterio statim esse fu
turū. Hec abbatissa deridens
hostiarie pcepit ut extra mōs
teriū illā proiceret. plane man
dans illam post horā paruulā
intromitti. Pene limen ostij
sanctimonialis excesserat. q sb
ito totū monasteriū corruit. ō
nes opprimēs moniales. nulla
viua relicta. Illa vero sancti
monialis cyrilli tempore in a
lio monasterio apud minorē
thebaidem in vite sanctitate
manebat. Et hec que contra
hereticos et blasphemos euene
re prodigia silenda non sunt

Ereticus qui Primū.
dam et grecus in ihe
ro solimitana ecclesia
cum sacerdote catholico publico
disputabat. Et cum sacerdos
pro se contra illū auctoritatem
iheronimi allegasset. ore teme
rario publice grecus asseruit
iheronimū fuisse mentitum. Et
quia voce talem nequiciā fecerat
vocem ulterius non formauit.
Item alter de arriano Secūdū
rūm secta in alia disputacōe
dicebat. cui hoc euenit quia te
merario verbo finito. illico cla
mare cepit. Miserere miserere
iheronime gloriose. quia per te
penis durissimis torqueor. Et
sic altis quantū potuit vocibus
clamans usq ad horā completo
rij incessanter. illa hora cunctis
qui ad hoc cōuenerāt cernentibꝫ
expirauit. Terciū. de heretico
Alendario scribendū est
q tercius arrianus in
ecclesia spon. videns pic
tam ymaginē iheronimi glorio
si. gladiū euaginās illum totū
in ymaginis guttur infixit. op
tans q sic viuenti facere potuis
set. Ille autē nec de gutture gla
diū. nec manū a gladio potuit
remouere. donec īnotuit eius
culpa. Nam ipso instanti ihero
nim⁹ apparuit iudici in atrio ex
istenti. cum gladio gutturi suo
infixo. narrans offensā. postu
lans q vindictā. et abijt. Iudex
stupefactus ad ecclesiam pperа
uit. et repperit illū tenentē ma
nū ad gladiū infixū in gutture.
Quo viso statī manū a gladio
~~nullatenus~~ potuit remouere. Re
fert autē cyrillus q ex percussio
nis loco quasi ex viui corporis
vulnere sanguinis vnda exiuit.
qui eciā suo tempore fluere non
cessauit. Hereticus autē ille cap
tus dicens se de hoc solo dolere.
q in viuū non potuit quod in

ymagine fecerat a populo lapi-
dibus lignis et ensibus iugulat.

Latere nō Item aliud.
debet quod refert cyrill9
se a damaso portuensi e-
piscopo habuisse. q cardinalis
quidā celestinus nomīe sed non
re beati iheronimi emulus dū
in colloquio cardinaliū iuxta su-
um more temararia et blasphe-
ma contra iheronimū verba p-
ferret. illico dolore viscerū impel-
lente ad occultū nature locū pro-
perans expirauit. ibidē intesti-
nis emissis. Item aliud.

Maximū prodigiū insero
quod si in eiusdē nomīs
mee captiuitatis tem-
pore īnotuisset. spes filiis suffragij
consolasset. Johannes nepos cy-
rilli. forma decorus. captus a par-
sis et regis ministris venditus.
quia formosus. ad regis fuit ser-
uitia deputatus. In quo per an-
nū cum dolore et tedio pmanēs.
āniuersarij die regi prandenti ser-
uiens pre tristicia lacrimas mul-
tas continē non potuit. Quod
rex intuens et lacrimarū causā
querens. ea scita. eū in quodā cas-
tro custodiri illū precepit. Nocte
sequenti sibi lacrimis madefacto
gloriosus iheronim9 in sompniis
apparuit. manūq3 ipsius ut sibi
videbatur capiens. iherosolimā
illū duxit. Excitatus mane pu-
tans se in castro teneri. in domo
cyrilli se inuenit. Quo quasi
per admirationē amente. nec
plene ubi existeret discernente.
in se rediens. et alte clamans
excitauit vicinius dormientē.
Currūt famuli. et cyrillo refe-
runt adesse iohannē. Qui fu-
it incredulus donec vidit eū-
dem. Quo q ei acciderat nar-
rante. deo et beato iheronimo
refert cyrillus laudes multas
impensas. De moniali.

Nobilis genere et morib3
sanctimonialis quedā.
feminarū pulcherrīa.
etate iuuencula. sed discretione
iam cana. beati iheronimi de-
uotissima. omniū sociarū testi-
monio religiosissime viuebat.
orationibus vacans in ecclesijs
seu ecclesia. interdū aliquid o-
perando semper scripturas di-
uinas ruminabat verbo aut
mente. Cui9 actibus īuidens
serpens antiquus. cuiusdam
nobilissimi iuuenis aīum in tā-
tū in illius concupiscentiā inci-
tauit. quod nil nisi ad eam at-
tingendā poterat cogitare.
Circuiens continue monaste-
rij ambitū. omni auxilio desti-
tutus recurrit ad magū. cui
magna promittit. si per eum
consequatur optatū. Magus
demonē carminib3 cōuocatū
ad monialem decipiendi cau-
sa transmittit. Qui ad cellā

accedens ipsius limen transi-
re non fuit ausus propter yma-
ginem iheronimi depictam in
cella. Dicit enim cyrillus multis
exemplis expertus. quod tantus de
beato iheronimo demoni timor
inest quod sue picture non audeat
apparere. Nam et si obsesso cor-
pori preciosa monstretur yma-
go. ab eo illico dyabolus effu-
gatur. Ad mittentem ergo reversus
est demon narrans quod propter iheronimi
ymaginem intrare non potuit.
quem derisum magus dimisit. Statim
alium convocatum mittens ad opus
huiusmodi finiendum. fit secun-
do sicut primo. Ac prius per ho-
ram forsan manere coactus
alte clamabat. Si me ihero-
nime hinc sinis recedere huc
amplius non revertar. Pavet
monialis que orabat in cella
Continuatis clamoribus exci-
tantur et alie tremule concur-
rentes ad cellam. cruce domini pree-
unte. Ac illum quem nequam spiri-
tum esse noverunt coniurarunt
ut adductus sui causam nuncia-
ret. Quam eis distincte narravit
rogans easdem ut a iheronimo
qui eum vinctum igneis cathenis
tenebat quod abire posset licenci-
am impetrarent. quam suis preci-
bus obtinuerunt. Illico dyabo-
lus magnis stridoribus ex loco
recedens magum adiit quem fla-
gellavit in tantum quod vix vitale
signum appareret in illo. asserens
quod sui cruciatus causa fuerit ip-
sum ad monialem mittendo pre-
dictam. Magus videns sibi artes
non proficere quasi in naufra-
giis iheronimum invocavit. promit-
tens quod si tunc suis iuvaretur aux-
iliis. se fallaciis cunctis exueret.
mox nequam spiritus evanuit.
Per annum iacuit magus sui cor-
poris impos. qui tamen accepta
penitencia antequam ex lecto surge-
ret. combussit artium codices. et ven-
dens omnia que habebat illa
pauperibus erogavit. Anno com-
pleto se claudens in speluncam
quam per quadriennium iheronimus
habitaverat. Et ibi tempore cy-
rilli multa sanctitate et peniten-
cie asperitate pollebat. Ille vero
infelix iuvenis nocte quadam
laqueo se suspendens vita simul
temporali et perpetua se privavit.
Propter quod cyrillus contra lux-
urie vicium hic fortiter invehitur:
quod obmitto. Subdens quod-
dam rufi nepotis sui ad ludi ter-
rorem exemplum. quod quia non con-
tingit prodigia iheronimi ad
que tendo scribere pretermitto.
Ad alia circa idem veniens. que
proposito conveniunt inchoato De lu-
soribus etc.

Omittanda non sunt que lusoribus blas-
phemantibus evenerunt.
Nam in samaria infra ebdoma-
dam diei quo scribebatur epistola

refert cyrillus quendā lusorem q̄
bona sua consūpserat fulmine
interemptū dū beatū iheroni-
mū blasphemaret. Aliud.

Paueant etiam tales ex
eo quod in tyro tribus
ludentibus accidit. qui-
a dum in ludi principio dicerēt
se contra omnē vim et posse ihe-
ronimi ludū quē inceperant
prospere finituros. paulo post
ludi pncipiū terra seipsam ape-
riens illos solos absorbuit. et nl
de illis amplius visū fuit. Qd' se
dicit cyrillus a presentibꝫ et vi-
dentibus habuisse. Sed quod
statim subdā asserit se vidisse
et in iherusalē iuxta edē quam
habitat audisse. Aliud.

Quidam miles nobilissi-
mus et locuples vnicū
habens filiū illius amo-
re cecatus eū non corrigebat. ymo
instruebat in prauis. Ille bo-
nis moribus destitutꝰ in ludis
blasphemijs et īmūdicijs annū
attingit duodenū. Die quadā
aduesperante ipse perdens in
ludo prupit non primo tamen
in hec verba. Faciat quicq̄ po-
test ille iheronimꝰ qui ludos p-
hibet. nam eo īuito hīc non ni-
si victor exurgā. Dū autē hec
repeteret nequā spiritus in hor-
ribilis hoīs specie cūctis vidē-
tibꝫ ludi locū velociter adiens
eundē infelicē puerū rapuit et
quo eū detulerit nulli hactenꝰ
est compertū. Putat autē cyril-
lus q̄ illū detulerit ad infer-
nū. Dicit enī q̄ casu ea hora
in domus sue fenestra mane-
bat que ludi loco erat opposita
ita q̄ id habuit videre necesse.
Monet ergo iuuenes ut bo-
nis moribus se informent abs-
tinentes a prauis. quia quod
noue carte scribitur de facili
non deletur. Monet parentes
fatuos ad eruditionē et verbera
filiorū. ne flendi eis succedat e-
uentus. Aliud.

Refert cyrillus a venera-
bili archiepiscopo cre-
tensi nycolao nomine.
qui venerat reliquias beati ihe-
ronimi visitare habuisse. q̄ in
candia quidā suus sacerdos ⁊
maioris ecclesie custos. impudi-
cus. luxuriosus et ebriosus ma-
le mortuꝰs. sepultus fuit in ce-
terorū sacerdotū baratro. Nocte
sequenti in ecclesia et in cimi-
terio tantus fuit rumor et stre-
pitus q̄ ciues ad locū territi cō-
curr erūt nil videntes. sed stre-
pitus et campanarū sonitus
audientes. īuenientes de mane
que in ecclesia fuerant reuolu-
ta. Pontifex ipse orationes in-
dixit populo. precipiēs expecta-
ri sequentis noctis euentū. In
qua duplo maior fuit strepitꝰ at-
q̄ pauor. Die clarescente cōgre-

gratis in ecclesia omnibus orā-
tibus gloriosus iheronim⁹ sole
splendidior in ecclesia manens
et ad altare gradiens. ibi fere
per horam sub silencio mansit.
Dicens demū populo obstupē-
ti id contigisse ꝓpter miserū sa-
cerdotis cadauer indigne con-
ditū locis sacris. iubens illud
exhumari. alias cepta pestilē-
cia non abiret. et disparuit. Ex-
humacione autē facta cessauit
pestis. Et beatissimū iheroni-
mū venerari ceperūt. Et ipse
ꝓpter id reliquias venerat visi-
tare. De tyto iuuene

Subiicit etiam ꝙ in eodē
loco iuuenis tytus no-
mine famosus diues
et nobilis ꝓpositū virginitatis
assūpserat ad beati iheronimi
gloriā. cuius erat deuotissim⁹.
In quo usqȝ ad annū vigesimū
cū honestissimis moribus per-
durauit. Demū cuiusdā sui fra-
tris nephando consilio luxurie
deditus cū quadā formosissima
puella contraxit. Cui⁹ amore cap-
tus diuina obseq̄a oblit⁹ semꝑ ta-
men in deuocione iheronimi
manens. anno completo frater
illius dyabolo suggerente cum
ipsius uxore dormiuit. Quod ip-
se suspicans ad habendā certitu-
dinē astute laborauit. Ad quam
cū caute peruenisset. uxorē prius
et demū fratrē qui sub lecto fu-
giebat interfecit. Et demū pub-
licus factus est predo et hominū
iugulator. decennio et ultra sic
viuens semper sub deuocione et
certa veneracione iheronimi. Di-
e quodā aduesperāte beatus ihe-
ronim⁹ mercatoris formā assu-
mens se illi exhibuit. Qui cum
in mortē et predā illius exurge-
ret. petiuit mercator ꝙ amore be-
ati iheronimi quē diligebat ip-
sius verbū audiret. Cui respon-
dit se verbū ipsius auditurū et vi-
tā sibi fore seruatā ꝓpter ihero-
nimū inuocatū. merces tamē ha-
bere volebat. Mercator ait. Ego
sū iheronim⁹ qui ad tuā salutē
huc veni et iram dei contra te
dignissimā usqȝ ad hec tempo-
ra suppliciter temperaui. Desi-
nas igitur. fidenter penitēs. ali-
as deinceps me tui custodē et
supplicē non habebis. Et dispa-
ruit. Et stupefactus tytus et qui
cū eo erant in viros alios sunt
mutati. et penitenciā in arctis
heremis peregerūt. vite sanctissi-
me se tradentes. De monacho.

Terrere nos debet quod
in superioribȝ egipti par-
tibus accidit. Ubi mo-
nachus etate iuuenis. senex mo-
ribus. annis decē in monaste-
rio manens. timens virginita-
tem violare. feminarū abhorre-
bat aspectus. et verbū de ipsis
formidabat audire. Demon su-

is dolosis artibus stimulis et
tēptacionibus affligebat eundē.
Sed monachus se beati iheroni
mi cui⁹ erat deuotissimus custo
die cōmittebat. et oracionibꝫ et ie
iuniijs tēptaciones dyabolicas
superabat. Quod demon egre fe
rens subtiliores modos īuenire
conabatur. Accidit ꝙ pater mo
nachi eger ad mortē videre filiū
cupiebat. Qui suasionibꝫ fratꝝ
īuitus quasi ciuitatē ingressus
edem patris īntrauit. Vbi triduo
manens sibi videbat̄ tetris car
ceribꝫ mancipatus. Demū cum
simul cū sorore sua formosissima
patris curam fricaret. et casu soro
ris dextera ipsius dexterā tetigis
set. dyabolo instigante dira libi
dine. et sororis cōcupiscencia in
flāmatus. nil aliud qm̄ sororem
facinoris nesciā poterat medita
ri. monasteriū totū oblitus. Sa
natur pater. Filius excusaciones
īueniēs ad monasteriū ire retar
dabat. Mirant̄ de hoc sui causā
ignorantes. Reuocatus demū cū
duobꝫ monachis reuertit̄. tediū
in redeundo ferens quale prius
habuerat in exeundo. In mōs
terio corpore manēs sororē medi
tabatur in corde. Cui⁹ rei tale
consiliū dyabolus īmisit in mē
te. ut nocte dimisso habitu in la
yca forma claustrū exiret. Et do
mū patris clam adiens in noc
tis crepusculo. sub thoro sororis
se ponens ipsa dormiente īntra
ret ad illā incestuosā libidinē ī
pleturus. Quod nocte sequenti
volens implere claues cenobij
media nocte recipiens. discurrēs
portā īuenire non potuit. Pul
sāte matutino redijt ad cellam
stupefactus. et pariter āmirat⁹.
Idem autē sibi euenit pluribus
sequentibꝫ noctibus cū labora
ret ad idem. Ymago enī beati
iheronimi quam monachus
habebat in cella ad quā diebꝫ
singulis genua flectebat ex mo
re. non paciebatur eū tam tur
piter naufragari. Circa finem
mensis. iheronim⁹ in somnis
alteri eiusdē monasterij deuo
tissimo monacho apparuit. nar
rans quomodo ipsū ꝓpter reue
renciā sibi exhibitam preserua
uit. monens ꝙ desisteret et pe
nitenciā ageret. alias ab ipsi
us custodia se subtraheret. Cū
mane hec omīa monachus so
cio reuelasset. ille cūcta nega
uit dicens illud somniū a va
cuitate cerebri processisse. Cogi
tauitqꝫ nullā reuerenciā ihero
nimo facere. ut sic votū imple
ret. Illaqꝫ subtracta. nocte ape
ruit ostia. habitu mutato loca
circuiens. sero domū prīs in
grediens. sub sororis cubiculo se
locauit. Ad quā lectū ingressā
cū eam dormire putauit. execu
tis vestibus ipsius dextero late

ri se applicauit. Que id senciens altis clamoribz alios aduocauit. vel euocauit. Currunt cum ti cū lumine et monachū īuenerūt. Mirantur parentes et stupent. Interrogat pater a filio huius rei causam. quā filius silencio confitetur. Sic gloriosus iheronim⁹ hunc suā stulticiā experiri pmisit ut in posterū esset humilior et caucior ad cauendū. ¶ Qui se sic cernens a dyabolo deturpatū ad se rediens. et domū patris egrediens. statim lugens et dolens in tā aspa pēitēcia biēnio ī mōsterio suo vixit. q maior p hominem sustineri non possit. Et ī fine biennij expirauit. Hoc exemplo cuncti fragilitatē huānā et astuciā demonis timeant. simulqz magna eius spes venie declaratur.

Moderna sunt scribenda miracula q̄ choruscant in tropa post inchoatam cōstructionē ecclesie. De qua ante finē prime partis dictū est supra. Et ultra ibi descriptū. octo inde certiora premittam.

De habente crura sicca.

Quidam iohannes pennatus habitator trope. habebat crura desiccata. ita q ambulare non poterat. Sed grabuca vel cauno et scabellis incedebat man⁹ iuxta morē taliū ducendo per terram. accedens cum deuocione et spe salutis ad locū quo beati iheronimi construebat ecclesia fuit pfectissime liberatus. ita q postmodū q̄ diu vixit solidissime ambulauit.

De dāpnando.

Secundo magister iacobus scutellarius cōmendabilis vite. accedens de tropa ubi habitabat in terrā aquepuride applicuit ad quosdā ij quos homines stratarū predones et homicidas. cū illis itinerans. quos ignorabat tales. Preses prouincie illos ij quos psequens. cepit illos et magistrū iacobū vna cum illis. q̄s oēs tormētis exposuit. Que magister iacobus sustinere non valens confessus fuit se illorū fuisse sociū in multis maleficijs per illos primit⁹ confessatis. Propter que preses illos dampnauit ad furcas. Et dū ad locū iusticie duceretur. iuxta morē patrie manibz a t'go ligatis et funibus ad collū appensis. et idem magister in suffragiū īnocencie sue beatū iheronimū iugiter et supplicit' inuocaret. beatus iheronim⁹ p̄sidi in camera existenti visibiliter apparuit mandans q magistrum iacobū quē īnocentē dāpnauerat liberaret. Preses perter

citus illū statim coram se reduci
mandauit. A quo reuerso que
siuit si alicui9 sancti suffragiū
inuocauit. Qui cū de beato ihe
ronimo respondisset. preses fecit
eū indilate dimitti. Qui nec ci
bo sūpto nec potu, cū laqueo ad
collū suspenso et ligatis manibꝫ
ad ecclesiā ipsā accessit. beato ihe
ronimo tantis de beneficiis gra
cias redditurus. Et ad ipsius y
maginē in ecclesia ipsa pictam,
laqueus ille pendet. Et predictus
magister iacobus adhuc viuit.
Preses etiā ille veniā petiturus
et ꝓpter deuocionē miraculi. visi
tauit ecclesiā. et ipsius fabrice pe
cuniarū subsidiū obtulit. De

T ercio mortuo suscitato.
magister barbatus sā
cti georgij. habitator tro
pe. dū habitaret in terra sancte
marie olim dicte luceirne. deces
sit. vel saltē omniū videntiū o
pinione mortuus videbatur.
Pter quod clerici ciuitatis ut
funus sepeliendū deferrent. ho
ra vesperarū illius domū adi
uerūt. Sed quia hora tarda et
incongrua visa fuit sine fune
re redierūt. sepultura in diem
alterā prorogata. Cūqꝫ mariti ux
or mortē deplorans suppliciter et
alta voce beatū iheronimū pre
caretur ꝙ virū suū restitueret
filijs. quasi statim mortuus ore
sputū eiecit. et oculos aperiens

sanatus est. Pter quod se trās
tulit habitare tropam. et ibi
habitans adhuc viuit. De ce

Q uarto ni co illūmīato.
colaus mariscalchi q̃
ꝓpter infirmitatē visū
perdiderat. et diu non viderat
nec visurus in antea speraba
tur. cū se beato iheronimo vo
uisset. subito sibi restitutus ē
visus. De manu torta.

Q uinto maria. de terra
casalis noui. habens
a natiuitate manum
tortam. de qua se iuuare non
poterat. se beato iheronimo hu
militer deuouens. statī extitit
liberata. de illa manu libere
sicut de reliqua operando. De

S exto que pedibꝫ tortis.
dam iuuenis de terra
pultarim. a natiuita
te sua pedes tortos portabat.
cū quibus male poterat am
bulare. Hec ad ecclesiam beati
iheronimi cum suis parentibꝫ
deuotissime veniēs. et se eidem
ecclesie vouens. statim extitit li
berata. Et ꝑfecte ambulans cū
pedibꝫ reformatis predictam
ymaginē bti iheronimi adora
uit. De puero in fornacē lapso

S eptimo cum iohānes
infans cū sorore eo ma
iore ad fornacem ubi
calx coquebatur aduenit. Et inte9
dū ignis vigorē inspiceret in

illam cecidit supra ignē. Soro
re autē pro fratris salute bea
tū iheronimū īuocante puer
eductus fuit illesus. De oc
tauo. de cute et illeso.

O quidā frater predicator
in predicta manēs eccle
sia cū pro cooperiendo tecto alti
tudinis vj. cannarū cū alijs o
pificibus ecclesiā ascendisset ca
su precipitauit in terrā. Et cū p̄
cipitando beatū iheronimū in
uocasset euasit illesus.

Supradicta recepi sub tes
timonio illo solēpni qd
supra ante finem pri
me partis expressi. in quo cō
tinebant̄ qp multa alia mira
cula fuerāt facta. que non fa
cile possent vno instrumento
describi. Recepi autē ab epis
copo religioso. non tamen tro
yano. sed parcū vicinarū. et a
fratribus fidedignis qui cōtu
bernales illius loci fuerūt in
troya multa miracula de quibꝫ
aliqua describam prosequendo
numerū īchoatū. De tribus

Nono conicū contractis.
quam tres contractos
ipsius virtute sanatos.
primꝰ petrus gisualdo qui ad
inductionē cuiusdā peregrine
vouit de sero qp ad honorē beati
iheronimi dici faceret missas
xx. si eius virtute ante diem pro
ximū sanaretur. Qui curatus

ante diem ipsa falce recepta cū
alijs messuit ordeū. quod tūc tē
poris metebatur. et demū votū ī
pleuit. Item pauper quidam
de arriano habens filiā contrac
tam pro illa vouit beato ihero
nimo. et statim sanata est. Al
ter longo tempore contractus
post votū statim sanatus in fes
to beati iheronimi baculū quo
qualitercūqꝫ sustinebatur ante
ipsius ymaginē obtulit et votū
impleuit. De liberato ex carcere.

Decimo. Cū exercitus do
mini regis roberti ciui
tatē trapā obsedisset.
et aduersus illā pugnando nō
profecisset: cōmoto exercitu re
manserūt aliqui iuuenes cū
balistis pugnantes contra ho
mines ciuitatis. Qui ciues ciui
tatē egressi ceperūt multos ex il
lis. Inter quos captus fuit qui
dam gualterucius de māfre
donia. et in carcerē cū compedi
bus ferreis positus. Qui deuo
te cū lacrimis beato iheronimo
votū vouit. qp si liberaret eun
dem octo diebus per sacerdotē
suis expēsis ī ipsiꝰ ecclesia missā
faceret celebrari. Qui dormiēs
et se de mane extra muros ci
uitatis īueniens beato ihero
nimo gratias agens votū im
pleuit. De submerso.

Undecimo. Sanmꝰ de
scalpis transiens per

fluuiū īuolutus fuit ab aquis et in profundū emersus. Per quem facto voto beato ihero nimo corde. quia ore non pote rat. statim aque eleuauerunt eundē. De ceco. muto. et surdo.

Duodecimo tres coniun gam. cecū scilicet surdū et mutū. circa quos cla ruere miracula. Dn̄icus de scalpis habitator casulis sancti cerici ex infirmitate graui. et defectu medici. visū in totū ami sit. Qui ad inductionē cuius dam dn̄e pro sua sanitate be ato iheronimo votū fecit de fe ro. et mane fuit plene sanatus. et votū impleuit. Item que dam dn̄a de petra duos habe bat filios. quorū alter mutus erat. alter surdus. Per quā fc̄o voto beato iheronimo. primus loquele. secundus auditus be neficiū receperūt. De nata mor tua.

Tertiodecimo in cer tarciano mulier quedā peperit filiam mortuā et facto per patrē voto beato iheronimo cū multa deuotiōe et lacrimarū habundantia pu ella reuixit. De demoniaca

Quartodecimo. Quedam puella de castilliuno de moniaca per parentes et amicos ducta ad ecclesiam bti iheronimi in dominica cū fratres matutinū cantarēt. demon per os puelle cū clamoribus et u lulatibz illius prectis capillis su per altare egressus est. Puella vero sic sanata octo diebus ste tit in tropa mane et sero visi tans ecclesiam ibi officiū au diendo. De volatilibz et qua drupedibz.

Quintūdecimū volatilia quadrupe desqz cōnectit. Nobi lis enī quidā falconē pdideat quē cū diligentissime quesitū īuenire non posset. pro ipso re habendo beato iheronimo vo tū fecit. post quod cū portā tro pane ciuitatis intrasset. falco venit ad manūs ipsius. Alter miles gallicus familiaris dn̄i pricipis de tarrenta. equū pul cherrimū et magni valoris habebat. quē tam acriter dolo res īuaserūt. q iacebat īmobi lis. Vouit miles de ipsius eq' vita desperans. q si sanaretur ad fabricā ecclesie iheronimi v nū florenū offerret. qui sanus indilate surrexit. et miles vo tū impleuit. Itē petrus fra ter mathei de salerno existēs in bono albergo. equū quem domabat puero nutricis sue filio tradidit tenendū paulisp. Equus autē ad vnius galline motū expauit. et per casū in auditū. de camo freni equi. fac tus est laqueus. quo laquea tus est puer. et tractus per e

quū amplius miliari. Petrus autē mortē pueri timēs. pro ipsius salute beato iheronimo fecit votū. et statim equus anterioribus pedibus stetit fixus donec fuit captus. Et tunc apparuit puer illesus. qui per eū fuit in ecclesia beati iheronimi presentatus. Concludant alii duo versus. Iheronimi sancti nondū vulgata latinus. Versus andreades descripsit mira iohannes.

Incipit tercia pars huius operis

Erciā nunc huius operis partē aggredior. ponens certa sanctorū et doctorum dicta. que beatū iheronimū cui nil deerat laude dignū eleganter extollūt. Que sola taliū testimonia. suppressis omnibus supra et infra descriptis sufficient. primo habūde excitant catholicos omnes ad veneracionē ipsius. Quē tamē sufficienter specifice laudari sermonis humani penuria non permittit. cū omnibus modis perfecta virtus. et omne virentis doctrine genus vigerent in illo. Et vide in epythaphio nepociani ante finē ibi. Vincit sermo.

A. Damasus.

Damasus papa de tribus questionibus dubitās iheronimū cōsuluit super illis prius narrans quod sibi pollicitus fuerat furtivis noctiū operibus aliqua dictaturū. propter qd intulit se libenter acceptūrū ab offerēte qd rogare voluerat si negasset. sic subdens. Nullā puto digniorē disputacionē qȝ ut

de scripturis ego interrogem et
tu respondeas. Nã cū idcirco ut
ait precipuus orator homines
a bestijs differam⁹ q loqui pos
sum⁹. qua laude dignus est qui
in ea re ceteros superat in qua
homies bestijs antecellūt. Augus
Augustinus au tinus.
tem in epistola de sug
gillacione. lxx. iterpre
tum ad eū sic incipit. Dño dilec
tissimo et cultu sincerissimo ca
ritatis obsequendo atq amplec
tendo iheronimo augustinus.
Nunquā tam facile quisq̄ cu
libet innotuit. qm̄ michi tuorū
in dño studiorū quieta et leta
et vera exercitacio in dño libe
ralis. Qm̄q̄ ergo ꝑcupiam ō
nino te nosse. tamen quoddam
exiguū minus tui habeo presē
tiam videlicet corporis. Et infra.
Stat et animus in loquelas cō
municandas tecū de studijs nos
tris que habem⁹ in domino ihū
q nobis multas utilitates et viatica
quedā monstrauit itineris. et
per tuam caritatē monstrare
conatur. Petim⁹ ergo et nobis
cū petit omīs affricanarū eccle
siarū studiosa societas. ut īter
pretandis eorū libris qui grece
nostras scripturas q̄ optime
tractauerūt curā et operā im
pendere ne graueris. Potes eī
efficere ut et nos habeam⁹ illos
tales viros. et vnū potissimū

quē in tuis libris libencius
sonas. Idem in epistola de
quodā caplō ad galathas sic di
cit. Habeo gratiā q pro scrip
ta salutacione michi plenā epis
tolam reddidisti. Sed breuiorē
multo q̄ ex te vellem sumere
tali viro. a quo tempora quāta
libet occupet nullus sermo pro
lixus est. Et infra. Aggredere
queso istam nobiscū litterari
am collacionē. habere ne mul
tū ad nos disiungendos liceat
absencia corporali. qm̄q̄ sim⁹
in dño spūs vnitate coniūc
ti. etsi a stilo quiescam⁹ et tace
amus. Et libri quidē quos de
dñico horreo elaborasti pene
nobis totū te exhibent. Et sub
dit. Benedicim⁹ dnm̄ q tibi et
nobis omnibusq fratribus qui
tua legūt te talem dedit. In
principio vero epistole qua de
verbo illo quesiuit qui totam
legem seruauerit etc. Quero et
per dnm̄ obsecro ut exponas
michi. quod multis extimo ꝑ
futurū. Et in fine subdit. A te
hoc caritatis debitū flagito. cu
ius doctrina in nomine et
adiutorio dñi tantū in latina
lingua ecclesiastice littere ad
iute sunt. quantū nūquā an
tea potuerūt. In epistola etiā
quā ad eū misit per orosiū in
questione de anima. sic ait. Do
minū nostrū qui nos vocauit

in suũ regnũ et gloriã. rogaui
et rogo ut hoc quod ad te scribo
sancte frater iheronime consu
lens te de hijs que nescio. fruc
tuosũ nob̄ eē velis. Cumq̄ enĩ te
sim minor aliter. si multo a q̄s
tionibus prouoco. quia non sũ
etate maior. tamen etiam ipse
iam senex consulo. sed ad dis
cendũ quod opus est nulla
michi etas sera videri potest.
Quia et si senem magis decet
docere q̃m discere. magis tamē
discere q̃m que doceat ignora
re. Nichil enĩ molestius fero ĩ
omnibus angustijs meis q̃s
pacior in difficillimis questio
nibus. q̃ in longinqua tue ca
ritatis absentia. ut vix possi
meas dare lr̃as vel tuas reci
pere lr̃as per interualla. non
dierũ. non mensiũ. sed aliq̃t
annorũ. cũ si fieri possit coti
die te presentē habere velim cũ
quo loquerer quicq̃ velim.
Et subdit de orosio. qui ad eũ
pro quibusdã questionibꝫ vene
rat. sic dicens. Docui hominē
quod potui. quod non potui
vnde discere posset admonui.
atq̃ ut ad te iret hortatus sũ.
per quē de hijs scribo que per
te scire cupio. Alibi vero de eo
sic scribit contra iulianũ. Sã
ctus iheronimꝰ presbiter greco
latino et hebreo eloquio erudi
tus. ad orientalē ecclesiã transi
ens. omnes vel pene omnes q̃
ante fuerant de doctrina ecclesi
astica scribentes legit et in locis
sanctis atq̃ in litteris sacris us
q̃ ad decrepitã vixit etatē. Cuiꝰ
nobis eloquia ab oriente in occi
dentē. ad instar solis lãpas resplē
duit. Item in epistola ad cyril
lum. de qua supra. sic ait int
cetera. Hic de vanis lr̃arũ stu
dijs verberibus euocatus sa
cro scripture ministerio depu
tatur. In cuius vultus lumi
ne diuina gracia influente ut
usq̃ testamenti lumen vidimꝰ.
In cuius brachij fortitudine he
reticorũ pars maxima est disp
sa. Hic declarans enigmata. et
obscura. dubia et nodosa. preparãs
officiorũ seriem cunctis mĩstris
ecclesie. totã ecclesiã edificauit.
Liberales sciencias ita pfecte sci
uit. q̃ relacione oĩm nullus sibi
similꝰ apparet ad huc. De scriptu
ris vero sacris ut multarũ epis
tolarũ quas ad me direxit ex
periencia didici equalē sibi ne
minē vnq̃ noui. Hebraicorũ.
grecorũ. caldeorũ. psarũ. et medo
rũ. arabicorũ. et pene omniũ na
cionũ linguas et lr̃as sciuit ut
natus et educatus in illis. Quid
plura dicemꝰ? que iheronimꝰ ig
norauit natura nulla hoĩm nũ
q̃ sciuit. Prosper.
Prosper autē in suis
cronicis de illo sic ait. Ihe

ronimus presbiter. in bethleem toti iam mundo clarus habitabat. egregio ingenio et studio universe ecclesie serviens. Ysidorus

Ysidorus autem sic ait in ethimologiarum libro viij. ca. iiij. Iheronimus trium linguarum peritus extitit. cuius interpretacio ceteris antefertur. quia nam et verborum tenacior est. et perspicuitate sentencie clarior atque utpote a christiano interprete verior. Et simile ponit li. ix. in prin. Et hoc per papiam et catholicon videre potes super dictione Interpres. Siginbertus.

Siginbertus in sua cronica. cuius verba vide in speculo historiali li. 18. ca. 82. refert quod licet multi sancti et docti viri egre ferrent edicionem septuaginta interpretum propter inveteratum usum obmittere. quia tamen interpretacio iheronimi ex hebrayca veritate manaverat. prevaluit eius autoritas.

In dyalogo vero severi Severus discipuli beati martini qui eius tempore fuit. et verba postumiani referre videtur. sic scriptum habetur. quod et videri potest in spe. hysto. li. xix. ca. xij Iheronimus preter fidei meritum dotemque virtutum. non solum latinis ac grecis. sed et hebreis ita litteris institutus est. ut se illi in omni sciencia nemo audeat comparare. Cui ingis adversus malos pugna perpetuumque certamen. Oderunt eum heretici quia illos impugnare non desinit. Oderunt clerici quia vitam eorum insectatur et crimina. Sed plane boni omnes et mirantur et diligunt. Nam qui eum hereticum arbitrantur insaniunt. Totus semper in lectione. totus in libris est. Non die non nocte requiescit. aut legit aliquid semper aut scribit. Hec severus

Preter id autem quod de heresi dixit non est obmittendum quod detractores ipsius sibi imponebant heresim. Quia ad paulam et eustochium sic scripserat. Audacter dicam cum omnia possit deus. virginem post ruinam suscitare non potest. valet quidem liberare de pena. sed non valet coronare corruptam. Que verba habentur xxxij. q. v. Si paulus. Sed hec responsio sufficiat. quod cum voluntati dei potencia semper subsit. ergo ubi non est velle deest etiam posse. Est enim deus inmutabilis. sicut natura ita et voluntate. et sicut quia veritas Joh. xiiij. mentiri non potest. sic quia iustus non vult. et sic non potest aliquid iniuste facere. propheta testante. quia que voluit fecit in celo et in terra. et omnia ipsius iudicia iusta. Ostendebat ergo iheronimus quod volente deo fieri posset. Aliqui dicunt quod

non potest id est non manifes
tauit se posse. quia non immiscu
it hoc miraculum inter multa que
fecit scilicet mortuos suscitando
cecos illuminando. et hijs simi
lia. Alij dicunt quod non potest
facere ubi corrupta fuerit. quia
quod preteritum est nequit non
fuisse. Prima placet propter id
quod de coronatione subdit. Non
obmittam quod quedam antiqua le
genda ad predictorum verborum ex
cusationem induat similia ver
ba longe prius dicta fuisse ad
domitillam virginem per sanctos
nereum et achilleum. que videas in
ipsorum legenda post principium.
Sciendum est quod petrus damianus in
epistola ad abbatem et conuen
tum cassinensem que incipit Domno
desiderio. hec plene prosequitur.
Et cum eo fateor quod resuscitatio
virginis post ruinam dupplici
ter fieri potest. scilicet iuxta
meritorum plenitudinem. et iux
ta carnis integritatem. De pri
mo constat multos utriusque
sexus post abhominabiles vo
luptates et illecebras ad tan
tam religiose vite peruenisse
mundiciam. ut non solum quoslibet
pudicos vel castos in sanctita
te precederent. sed etiam melius virgi
num merita valde gradia superarent. Et
eis non solum prioris meriti men
sura rependitur. sed cum remissi
one reatus etiam superaddite mer

cedis cumulus augetur. De se
cundo scilicet carnis integritate
nulli dubium est quin deus qui non
existentem condidit creaturam. iam
existentem reparare poterit vicia
tam. et incorruptionis signacu
lum in ipsa eius carne sicut ex ma
terno egressa est utero reparare.
ita quod cuiusque matrone vel medi
co incorrupta videbitur. Sed
ipse petrus cum iheronimo fatea
tur quod iusticia dei. natura et vo
luntate inmutabilis. non vult
eam que fuit corrupta licet ha
bundet meritis coronare cum
hijs que numquam fuere corrupte.
Quod facere falsum sapit et iniu
stum. Et cum hec in deo sint impos
sibilia. ergo et illud. Et sic non
procedit quod dicebat in princi
pio illius epistole. hoc falsum
per illud concludi. Nam si deus non
vult hodie pluere vel sanare er
go non potest. hijs enim actibus
qualitates predicte non insunt.
Et sic patronum meum in pace di
mittat quo ad casum de quo loqui
tur.

Cassiodorus

Cassiodorus autem licet per
totum librum institutionum
diuinarum lectionum ihe
ronimum et eius libros extollat.
specialiter tamen in ca. xxi. de
illo sic loquitur. Beatus iheronimus
latine lingue dilatator eximius.
qui nobis in translatione diui
ne scripture tantum prestitit ut

ad hebreū fontē pene non ege-
mus accedere. Quoniā nos fa-
cundie sue multa cognoscitur
ubertate saciasse plurimis li-
bris. copiosis epistolis. fecit sanc-
tos quibz scribere dño prestan-
te dignatus est. planus doctus
dulcis paratus copia sermo-
nū ad quācunqz partē cōuertit
ingeniū. Modo humilibus sua-
uiter blanditur. modo superbo-
rum colla constringit. modo de-
rogatoribus suis vicem neces-
saria mordacitate restituens.
modo virginitatē predicans.
modo matrimonia casta defen-
dens. modo virtutū certamina
gloriosa collaudans. modo lap-
sus in clericis et monachis pra-
uitatis accusans. Sed tamen
ubicūqz se locus conclusit gen-
tiliū exempla dulcissima vari-
etate pmiscuit. totū explicans
totū exorans. et per diuersa dis-
putacionū genera disertus sem-
per et equalis incedens. Nam
cum aliquos libros magna u-
bertate protendat. tamen pro dul-
cedine dictorū finis eius semp
gratus est. Quem in bethleem
habitasse ociosū fuisse non arbi-
tror nisi ut in terra illa miracu-
lorū ad instar solis eius quoqz
ab oriente nobis iam paret elo-
quium. Sydonius

Sydonius epistolarū sua-
rū li. iiij. per cōparacio-
nem cōmendando claudianū
sic de eo loquitur quibusdā in-
terpositis. Jam si ad sacrosctōs
pro comparacōe veniatur. In-
struit ut iheronimus. astruit ut
augustinus. consolatur ut gre-
gorius. et ut ambrosius perse-
uerat. Notatur qȝ iheronimū
premittit et sibi instructionē
attribuit. Beda.

Venerabilis beda in p-
logo libri de tempori-
bus dicit qȝ veritatis
hebraice integrā proferret pu-
ritatē. quā preeminētissimus
doctor iheronimus in libro heb-
raycarū questionū inseruit. Du-
plicē causam quare scilicet be-
da venerabilis vocatur. vide
in legenda penultima fratris
iacobi. ubi ponit longobardoꝝ
hystoria carta secunda. Gelasius

Gelasius eciam papa i
suo can. qui habetur
xv. d. Sancta romana.
cōmendans ruffinū. de ipsius scrip-
tis sic loquitur. Quoniā beatus
iheronimus eū in aliquibz de ar-
bitrij libertate notauit illa sen-
timus. que eundē iheronimū se-
tire cognoscimus. non solū hec di-
cimus de ruffino. sed etiā de uni-
uersis quos idem vir sanctus
zelo dei et fidei reprehendit.
Origenis opuscula que idem
iheronimus non repudiat legen-
da suscipimus. Epythaphium

In sepulchro autem beati
iheronimi de quo supra
sculpti habentur hij ver
sus. Hic dux doctorum
iacet et flos presbiterorum. Sanc
tus iheronimus. sed et locus est ni
mis primus. Dic veniens aue.
desuper ire caue. Inueni eti
am compositos ultra plurima ce
tenaria annorum secundum estima
tionem meam. xxx. tales versus. versus
Iheronimus doctor. latij clarissi
mus auctor. Usibus ecclesie
triuit sua tempora vite. Quic
quid enim priscis potuit condu
cere gazis. Instituit a primo post
prima crepundia lustro. A
gricoleque modo. qui se deuouit
aratro. Fortiter extoluit. quic
quid ratione probauit. Nobi
la progenitum rome transmi
sit alumpnum. Que puerum gre
cas musas docuitque latinas.
Aonas auctores ut perlustra
uerat omnes. Pretulit inge
nue lustralia palladis alme.
Hinc sibi cunctorum ludunt ex
empla librorum. Cuitaque gorgo
nee defendunt arma minerue.
Indole post clara statuens ad
discere plura. Linguarum ma
trem didicit sacra scripta tegen
tem. Ausonieque sue valuas
reserauit hebree. Ne de xpico
lis plaudat iudea rebellis.
Quod plerisque locis careat sin
tagmate legis. Barbariem
syre iam tunc stridebat amare.
Cum quoque caldee frendebat
agrestia lingue. Hinc profert
noua thesauro priusque vetusta.
Audeat ut nemo sibi iam confli
gere tuto. De stadij meta refe
rat qui munera leta. Augus
tinus homo toto notissimus euo.
Ex hoc addiscat. alias quod
scire nequiuit. Sic alij summi
diuerso climate mundi. Trans
mare querebant ex hoc que sci
re volebant. Maxima roma
suo que quondam inuidit alumpno.
Presule tunc damaso nunc gaudet
hoste magistro. Quod facile
ex tytulis lector cognoscere qui
bus Nemo hominum viuit hunc
qui per singula norit. In pul
pito vero domus eiusdem ubi eius
historiam pingi feci hij versus ha
bentur. per dominum franciscum theba
dinij compositi. versus.

Ecclesie doctor iheronimus co
dice flagrans. Cum ti
bi stridoni dederat tria famina
roma. Uerbera sancta luis.
promotus cardine sacro. Cor
rigis errores. falso tibi crimina
vestis. Addidit hinc emulus.
bethleem petro ardua fundans.
Multis claustra viris. sacros
iheronime libros. Transfers.
et condis politi spectacula regni.
Tunc leo mitescat. iussis obtem
perat almis. Ligna tulit. rap
tumque gemit. letusque reducit. Al

ta doctes moriens. presepe quoque con
dens antro. Te nunc roma te
net te templo virginis orat.
Glorificans miris pictoris in
ordine dares. Primus.

Ecce qui xpi decorauit
aulam. summus inter
pres fideique doctor. ut de
um lingua resonare omni urbe
peregit. Lege sub trina mo
dulatus ora. tulij lingua vagus
et platonis iussus est cedi graui
bus flagellis iudice celso. Post
que sacrorum studijs inherens, ro
me sacratus roseo galero bethleem
pergens emulata liquet vestis
tas que. Omne mandatum ve
tus et nouellum quicquid anthoni
tenere patres, quicquid externi
ni celebrant latini transtulit is
te. Hec nitens pandens alie
na tantum primo fit penna prima
thorus fit ne quis in sacro studi
o sophie non sibi cedat. Hor
ridos cautes heremi subiuit,
postque cum multos monachos
gregasset lingua quiescit do
muit leonem legifer abbas. Dog
mata vite mouens docebat an
geli tollunt animam canentes ro
ma translatum tenens inde cor
pus virginis aula. Redde nos
claros radiosa lampas, absque te
tetus titubaret orbis, sacra nam
lex, iheronimus vocaris nomine tuo.
Gloria patri genitoque flamini,
tres coequales venerentur eque.

vnus hij verus deus atque tri
nus, omne per euum. Amen.

Ponam etiam orationes
septem commemoratiuas
beati iheronimi, quibus
singulis diebus et horis intra
officium beate virginis utor sub
antiphonis sanctorum inter orationem
que ad apostolos et illam que ad
sanctos omnes dirigitur. Et
quandoque extra horas pro singulari
bus suffragijs. ut patebit. De
orationibus autem in missa me
intromittere non decebat. et ul
tra hec illas repperi iam fore
formatas. Ad matutinas oratio

Augeat benigne creator
deus erudicionem fidei.
germinet hortatu ihe
ronimi caritatem laudis matuti
ne nocturnum officium per quod
reatuum sordes tegere valeamus
xpm iaspide zelaturi. Ad primam

Adsiste nobis quesumus
lucis creator deus ut in
veritatis luce que beatum
iheronimum ab erroris tenebris est
diuisa ac diuina luce sic lucide
operemur quod lucem mereamur eter
nam. Ad terciam oratio

Beati iheronimi doctrinis
et exemplis edocti presta
quesumus deus ut sic vi
uamus quod benignitate tua be
atitudinis brauium mereamur. Ad vi.

Condita beati iheronimi
calamo sic deus celes

cant in nobis q̃d de hui⁹ secu
li calle subducti in celis candi
di tuo conspectui celeriter pre
sentem̃. Ad nonam oratio

Deus qui ecclesiã tuam
beati iheronimi doct
nis et meritis mirifi
ce decorasti dignare nos a vi
ciis mundos sic preseruare de
coros q̃ tue deitatis decora
visione fruam̃. Ad v̈s oratio

Eruditio beati iheroni
mi per quẽ deus sa
cram enodasti scriptu
ram. presta quesum⁹. ut nos
in terris edificet et cũ electis
exultare faciat in excelsis.

Fecisti Ad completoriũ.
deus ecclesiã tuam
beati iheronimi flore
re miraculis. fac q̃s ut hij flo
res floridũ nobis felicitatis
afferant fructũ ad salutem
corporis et mentis. Orõ

Gloriose deus qui btm̃
iheronimũ ut germi
naret ecclesie vita p̃
seruasti longeuũ guberna nos
tibi gratos corpore sanos eta
te grandeuos et semp aptos
ad gaudia paradisi ad hũili
tatis opera. Oratio.

Humiliasti leonẽ deus
ad beati iheronimi
misteria exercenda sic
et nos ad hũilitatis opera hu
miliare digneris per que de

uicto hoste, hũmo repositi here
ditem⁹ in patria ad iter p̃ferũ.

Intercedente beato ihe Orõ.
ronimo qui itinerando
tuũ meruit intrare prese
pe iter nobis deus concede ioc
dũ per quod insontes et sospites
quo tendim⁹ intrem⁹ intrepidi p v̈
tutibz catholicis et cardinalibz.

Karitate feruidos. Orõ.
spe certos. fide F[?]orma
tos. btĩ iheronimi preci
bus preserua nos deus ut per
hec fortiter tolerãdo et iuste vi
uendo distribuendo eligendo
prudenter et temperantia uten
do in carissimorũ kalendario de
scribam̃. Alia oratio.

betis et legitis libros. nos in eū
qui in eis scriptus est librū. ip-

sum adorantes credimus. Vos tenetis paginas nos sensum paginarum. Vos complicatis membranas animaliū mortuorū. nos possidem⁹ spiritum vivificantē. Quid mirabilius potest esse huiusmodi sacramēto? Quid hac die felicius. in q̄ deus iudeis mortuus est. et nobis revixit. in qua synagoge cultus occubuit. et est ortus ecclesie. in qua nos omnes fecit secum resurgere. et vivere. in celestibusq; sedere. Item dies do
C. minica dies resurrectionis est. dies xp̄ianorū. dies nostra est. unde et dominica dicitur quia in ea dn̄s victor ascendit ad patrem. Itē. tacentibus senibz et invidie labore cruciatis. parvuli clamant et xp̄m parvulū confitentur. Ad nepocianū de vita clericorū et monachor. De hoc. xcv di. esto subiectus. xij. q. i. clericus qui.

A. Petis a me nepociane carissime ut tibi brevi volumine dirigam p̄cepta vivendi. et qua racione is qui seculi milicia derelicta vel monachus esse cepit vel clericus rectū xp̄i tramitē teneat. nec ad diversa diverticula
3. la viciorū rapiatur. Neminē specialiter meus sermo pulsavit. generalis de viciis disputacio est. sed qui irasci voluerit prius de se q̄i talis sit confitebitur. Vide ad rusticū. 2ª. b.
B Nota. etate fit doctior. usu instructior. processu temporis sapiencior. et veterum studiorū dulcissimos fructus metit. Unde sapiens demostenes cum expletis centū septem annis mori cerneret. dixit se dolere tunc de vita egredi quando sapere cepisset. Hic interponitur. p̄. C. clericus. et lxxxviij. di. negociatorem. Item corrūpunt bonos mores confabulaciones pessime. Idem ad eustochiū. et idem ad magnū oratorem. Item. scio quosdam cōvaluisse corpore. et animo egrotare cepisse. Periculose ministrat cuius vultum frequenter attendit. I- C.
tem. crebra munuscula et sudariola. et fasciolas. et vestes ori applicatas et oblatas ac degustatos cibos. et dulces l̄ras sanctus amor non habet. Mel meum. lumen meū. meūq; desiderū xp̄c est. Itē. non confūdant opera sermonē tuū ne cū in ecclesia loqueris tacitus q̄s q; respondeat. Cur hec que dicis. ipse non facis? Accusare avariciā eciam latro potest. Sacerdotis os cū mente concordet. Vide ad oceanū p̄ma. C. Item. melius est non habere quod tribuas. q̄m impudenter petere quod des. Hic interponitur. p̄.

D. C. esto subiectus. Item. verba
voluere et celeritate dicendi a
pud imperitū vulgū admira
cionem facere indoctorū est ho
minū. Nil tam facile ut vilem
plebeculam et indoctā concionē
lingue volubilitate decipere. q̄
quicq̄ non intelligit plus mi
ratur. ut supra. Non a me que
ras pueriles declamaciones sen
tenciarū flosculos verborū le
nocinia. et per capitulorꝫ fines
acuta quedam. breviterq̄ con
clusa que plausus et clamores
excitent audienciū. Amplexetur
me vera sapiencia. et abisach
nostra que nūq̄m senescit in
meo requiescat sinu. Item. sunt
qui pauperibus parū tribuūt
ut amplius accipiāt. et sub pre
textu elemosine divicias que
rant. que magis venacio dicen
da est q̄m elemosina. Sic bes
tie sic aves sic capiūtur et pis
ces. Modicū in hamo esce poni
tur. ut matronarū in eo sacculi
protrahantur. Item. multo
melius est ex duobus imꝑfec
tis rusticitatē sanctam habere.
q̄m eloquenciā peccatricem. Je
E. ro. ad pāmachiū iiij. E. Item
pinguis venter non gignit sē
sum tenuem. tantū tibi ieiuni
orū pone q̄ntū ferre potes. I
tem. per bonā et malam famā
a dextris et a sinistris xp̄i mi
les graditur. nec laude extolli
tur. nec vituperacione frangi
tur. Non diviciis tumet nec pau
pertate contrahitur. Sed leta
contempnit et tristia. Per diē
enī sol non urit nec luna per
noctem. Nolo te orare in angu
lis platearū ne rectū iter precū
tuarū frangat aura popularis.
Item. vis scire quales querit
dn̄s ornatus? Habeto iusticiā
prudenciā temperanciā et for
titudinē. Nichil hoc monili p̄ci
osius. Nichil hac gēmarū va
rietate distinctius. que orna
menta tibi sunt et munimen.
Hic sequitur. C. amico. xz. q. 2.
Ad niceam dyaconem aqui
legiensem ut scribat.

Porpilius comicus trac A.
tans de vicissitudinē
lrārū. Sola inquit res
est q̄ homines absentes presen
tes facit. Si amas scribe. si Z.
irasceris iratus scribe. Magnū
ex hoc desiderii habeo solamē.
si amici lrās eciam indignan
tis accipiam. Vide ad antho
niū. C. Nota. antiqui ante B.
carte et membranarū usū ex do
latis ex lignis codicellis aut
in corticibus arborū mutua e
pistolarum alloquia mittita
bant. Inde portitores earū ta
bellarios. et scriptores librari
os a libris arborū vocauerūt.
Quanto igitur expolito artibus
mūdo id non debemus obmit

tere quod sibi prestiterunt hii a
pud quos erat cruda rustici
tas et qui humanitatem quodam
modo nesciebant. Item. tu re
tentem amiciciam scindis pocius
quam dissuis. quod prudenter
elisius vetat. Ad oceanum de
verbo unius uxoris virum. de
hoc xxvi. di. c. i
A. Numquam o fili oceane
fore putabam ut in
dulgencia principis
calumpniam sustineret reorum.
Z. Preterunt quod non licet
et obiciunt quod concessum est.
B. Nota. absit de omnipotente
credere quod in aliquo impotens
sit. Vide supra in exposicione sim
boli. d. Item. nil interest an
aduersarium vigilantem an dor
mientem ligem. nisi quia facili
us est quiescenti quam reluctan
ti vincula inectere. Item. ob
secro ne quis in suggillacionem
sacerdocii huius temporis extimet
me hoc scripsisse. sed in utilita
C. tem ecclesie. Item. nisi cerebrum
sanum sit. omnia membra erunt
in vicio. Vide ad pauli. ii. d. I
tem perdit auctoritatem docendi
cuius opere sermo destruitur.
Et illud tullii. Caput artis est
docere quod facias. Vide supra
ad fabiolam. d. et ad nepocia
num. C. et infra super tytum. d. Item.
qui virtutibus pollet ornatus
est. Sunt enim quidam ignoran

tes mensuram suam et tante sto
liditatis ac vecordie. ut in mo
tu et in incessu et in habitu
et in sermone communi risum
spectantibus tribuant. orna
tum vestium corporis et mense
parantes qui tamen sordibus
fedior est. Vide ad rusticum
d. Item. in vino luxuria. in D
luxuria voluptas. in volupta
te impudicicia est. Item. qua
le principium talis et clausula.
Qui irreprehensibilis est non
solum a domesticis sed ab alie
nis consono ore laudatur. Item
talis sit pontifex christi. ut qui re
ligioni detrahunt eius vite de
trahere non possint. Vide ad
fabiolam. E. Ad eundem de
vita clericorum. ii.
Sofronius eusebius ihe A.
ronimus oceano suo sa
lutem. Deprecatus Z.
es ut bonorum operum testificatio
casto confirmetur in effectu.
Nota. ego iudico si cum vi B.
ris femine habitent vistarium
erit dyaboli. ex eis aucupatum
est ab inicio peccatum. ferreas men
tes libido domat. Vide supra
ad matrem et filiam. Item non
vestis tenera clericum vel sacer
dotem facit. sed casta mentis
intencio. Item. potuit mater
domini de choro apostolorum non dis
cedere si liceret. Tecla post temp
tacionem antiochie cum paulo

prohibetur per iter pergere. Nemo miles cum uxore pergit ad bellū. Idem ad custodiā de virginitate. Item non suā
C. sed alienā cupiūt vicini discutere vitam. Item pronephas dolor est dicere, sed preterire non decet. xp̄o iste voverunt nubere non clericis. Unde sine nuptiis novū genus uxorū. Item monachum vel clericū solitudo faciat non publicū. Item. hic in
D. seritur de virgine que per beatum martinū visitata se noluit exhibere dicens se nūquā a viro visitatam. Ad eundem de morte fabiole. iij. De hoc xxxij. q. v. precepit dn̄s. et c. apud nos.

A Plures anni sunt ex q° sup dormitione blesille paulam venerabilem feminā recenti adhuc vulnere
Z. consolatus sum. Cui plus di
B. mittitur plus amat. Nota. nepotiani scribens epythaphiū quicquid habere viriū potui in illo dolore consūpsi. Ad pāmachiū pro peregrinatione pauline breue epistolam dedi. erubescens ad virū disertissimū plura loqui. et ei sua ingerere. et ne viderer stulta iactantia docere perfectū. Item tradis michi fabiolam laudem xp̄ianorū. miraculum gentiliū luctum pauperum. solatiū monachorū. Quicquid primū arripuero sequentis comparatione vilescit. Item. plus est animū deposuisse q̄m cultum. Difficilius arrogantia q̄m auro caremus et gēmis. Vide in vita beati hylarionis. Item. alie sūt C.
leges cesarum. alie crist̄i. aliud papinianus. aliud paulus nr̄ precepit. Apud illos in viris pudicitie frena laxantur et solo stupro et adulterio condēpnato passim per lupanaria et ancillas libido pmittitur quasi culpam dignitas faciat nō voluntas. Apud nos quod nō licet feminis et c. ut infra 32. q. v. apud nos. Item. solent vidue iugo servitutis excusso agere se liberius. adire balnea. volitare per plateas. vultus circūferre meretriceos. Vide inf. ad pn̄cipiā. C. Item. ierosolimam navigavit. ubi multorū excepta concursu nostro parū usa fuit hospitio. cuius societatis memor michi videor adhuc videre quam vidi. Item. cum D
rationes quereret singulorū in quibusdā hesitavi. in aliis inoffenso pede cucurri. in quibusdam simpliciter ignorantiam confessus sum. Item. laudent ceteri misericordiā eius humilitatē et fidem. ego ardorem animi plus laudabo. Et infra. Dum semper paratur, mors

eam inuenire non potuit impa-
ratam. Item. non platee nō
porticus non iminencia desup
tecta capere poterant pspectan-
E tes ipsius exequias. Itē. felix
preconiū quod nulla tocius vi-
te sorde maculatur. Ad eun-
dem oceanū consolatoria. iiij.
de qua dubitatur an fuerit
iheronimi propter epistolam fra-
tris guigonis de qua dixi su-
pra ad celanciam.
A. Diuersorū opprobria et
tribulaciones multi-
plices quibusdā insi-
diantibus te sustinere cognoui.
3. Gaudeam9 pocius et letem.
si tum pro magnis eius et pro
salute nostra passionibz vel
B parua sustineam? Nota. si
ut scriptum est. per multas tri-
bulaciones quibusdā regni celestis
aditus aperitur. illis utiqz clau-
detur qui nolunt sustinere vel
paucas. Item. grata itaqz et
desideranda temptacio est. cui9
premiū a xpō. Item quibusdā
non sufficit qd ppria nolunt lu-
gere pcca adhuc insuper eos qui
lugere videntur irrident et in
subsannacionem habent quos
imitari debuerant. Sed veniet
tempus quo risus eorū vertetur
in luctum. Inducit illud sapiē-
cie. v. Stabunt iusti in magna
constancia. etc. usqz ibi tanqm nu-
bra. post quod subdit. O si hec

nūc gloriosi diuites legerent. et
dum tempus est ipsi se flerent.
qui alios irrident. non necesse ha-
berent eo tempore lugere quo nul-
lus gemitus fletusqz proficiet.
Item. nichil est quod nobis p C.
xpi nomine sine premio irroge-
tur. Item. cum deus et dei fi-
lius pro salute nostra opprobri-
a hominū iniuriasqz sustinuit
valde ab eo alienus est qui
nec detractiōes saltem sustinere
contentus est. Quomodo enim
nos amare eum dicim9 si pro
ipso nil sustinere parati sum9?
Ad pāmachiū et oceanū de
libris origenis. I.
Scedule quas misistis ho- A.
norifica me afficere cō-
tumelia. sic ingenia p-
dicantes ut fidei tollerent veri-
tatem. Eius qui seruari velit 3
eloquij venustatem. Nota. tā- B.
tum me diligunt heretici. qd si-
ne me esse non possunt. obmit-
tam personas. rebus tantū et
criminibus respondebo. Nil cau-
se prodest maledicentibz maledi-
cere. et aduersarios talione mor-
dere. cum preceptum sit malū
pro malo non reddi. Item. lau-
daui interpretē. non dogmatis-
ten. Ingeniū non fidem. philo-
sophum non apostolum. Nec
bonis aduersariorū si honestū
quid habuerit detrahendū est.
nec amicorū laudanda sunt vi-

cia et vnũquodq̃ non p̱sona-
rum sed rerũ pondere iudican-
dum est. Hic interponitur qđ
dixi supra ad finẽ tercie partis
Dum essem iuuenis miro dis-
cendi ꝛc. Item. Si michi credis
origenista nunq̃̃m fui. si non
C credis esse desij. Item non ẽ
huius temporis contra dogma
peruersum rethoricũ iactare ser-
monem. Hic interponit̃. c. Secũda
post naufragiũ. de pe. di. j. Itẽ
aiũt medici grandes morbos
non esse curandos. sed dimitten-
dos esse nature ne medela lan-
guorem exasperet. Item. non
consueui illorũ erroribus insul-
tare quorũ miror ingenia.
Vult aliquis laudare origenẽ.
laudet ut laudo. Magnus vir
ab infancia. et vere martiris fi-
lius. Alexandrie ecclesiasticam
scolam tenuit succedens eru-
ditissimo viro clementi presbite-
ro. Voluptates in tantũ fugit
ut zelo dei sed non scđm scien-
ciam. ferro truncaret genitali-
a. Calcauit auariciã. scriptu-
ras memoriter tenuit et in ex-
planacionis studio diebus su-
dauit et noctibus. Mille et eo
amplius tractatus in ecclesia
locutus est. Edidit inũmeros
preterea cõmentarios. Quis
nostrũ tanta legere posset q̃n-
ta ille conscripsit? Quis ardẽ-
tem in scripturis aĩm non mi-

retur? Item illam senex tene- D.
bo fidem. in qua puer natus
sum. Hic interserit reprehensio-
nem illorũ qui dicunt libros o-
rigenis fuisse falsatos. De qua
supra dixi de xij lectoribus. cũ
eusebius et didimus de ipsis er-
roribus tractauerint. Item. si
tacuero reus iudicor. si respon-
dero inimicus. Dura utraq̃ con-
dicio. sed ex duabus eligam qđ
leuius est. Simultas reintegra-
ri potest. blasphemia veniam
non meretur. Idem ad pãma-
chiũ et marcel. ij^a. Ad eosdẽ. 2^a.
Qui ethiopẽ inuitat ad A.
balnea et si nigredinẽ
non aufert nec de illi-
us candore gaudeat. de suo ta-
men lucro letatur. Et iudiciũ B.
eternũ plus timere q̃̃m homi-
nũ. Nota. O quantis in die C.
illa expedisset si mẽbrorũ sensu
et viscerum vigore in vita caru-
issent. et quanti illic elingues
et muti feliciores loquacibus
erunt. et quanti pastores phi-
losophis. quanti rustici orato-
ribus. et quanti hebetes argu-
cijs preferendi sunt ciceronis.
Vide ad eliodorũ. d. et de homi-
ne perfecto. d. Item luxurioso
verbũ castitatis offensio est. I-
tem. non est fidelis medicus q̃
ante digestam putredinẽ indu-
cit vulneri cicatricẽ. Non pos-
sumus semp̱ lac dare. nec vos

semper paruuli esse debetis.
C. Item. videamus quid in no
bis ex quo regenerati sumus
in xp̄o virtutis accesserit. quid
humilitatis in prosperis. quid
paciencie in aduersis. quid in
tribulacioē gaudij. quid felici
tatis in dampnis. quid indul
gencie in offensis. quid casti
tatis occasione luxurie. Et inf.
Hodie malus cras peior. hodie
auarus cras auarior. Ante an
nū mee cupiditati suffecerat v
na villa. iam hoc anno quinta
forte non sufficit. Prius exten
debatur anim⁹ ut decem soli
dos possideres. iam nūc centū
parui esse ceperunt. Item. qn̄
ti inter nos iude iudam dāp
nant. Itē loci non sunt ubi
D. supplicia intercidūt. Item. ti
meo ne quomodo per risum
introim⁹ ecclesiā. sic de nobis ri
deatis de quo scriptū est qui
habitat in celis irridebit eos.
Itē labori meo finē ponit mē
brane conclusio. Sile ad hermo.
vir. in p̄ncipio. Ad pāmachi
um apologeticū. De hoc xxxi.
q. j. aperiant. I.
A Quod ad te huc usq̄ nō
scripsi causa fuit silen
cij tui. Verebar enī ne si
tacenti scriberem molestū me
magis qm̄ officiosum putares.
Z. In arbitrio nr̄o est vel laza
B rum sequi vel diuitem. Nō.
Quis vnquā iniquus lector e
rit ut non ex meis dictis sed ex
suo sensu me iudicet. Item. nō
patitur epistole breuitas diuti
us in singulis īmorari. Hic in
terponitur. c. aperiant. de quo
supra. Itē. aliud est non dāp
nare. aliud predicare. aliud ve
niam concedere. aliud laudare
virtutem. aliud est indulgenci
am infirmitati tribuere. aliud
est virtutibꝫ premia polliceri. Et
supra. Ubi bonū est melius est.
ibi boni et melioris vnū est p̄
miū. Et ubi non vnū premiū.
ibi utiq̄ dona diuersa. Item. C.
quis tam hebes et in scribendo
rudis ut idem dampnet et lau
det. edificata destruat et destruc
ta edificet. et cum aduersariū
vicerit suo deinceps mucrone
feriatur. Aliter tenendus mod⁹
in disputando. Aliter virga in
docendo. Itē. turpe ē tibi dolis
hostē ferire non viribus. quasi
hec non sit ars sūma pugnā
ciū. alibi minitari et alibi percu
tere. Item. paulum apostolū
proferam. quem quociens lego
videor michi non verba audire
sed tonitrua. Post allegat am
brosiū. Item. cōmentatoris of D.
ficiū est non quod ipse velit sed
quod senciat ille quē interp̄tat̄
exponere. aliter non interpres
sed aduersarius illius est quē
nititur explanare. Item. inuenti

sunt scioli tantū ad detrahendū
qui eo se doctos ostentare velīt
si auctorum dicta laterent plan
cianam familiam imitantes.
Item. nichil deo clausum est
et tenebre lucent apud deum.
Et infra. Nobis cure est non
quid quisque possit aut velit sed
quid scripture precipiant dicere.
E. Itē. ad reliqua respondere no
lui. ne de tuo viderer ingenio
diffidere. quem cause mee patro
nū prius habui quā rogarem.
Et post hec sequitur. Virginita
tem in celo prefero. ut supra
in legenda. Item. misere deli
cijs. et delicie miserijs comitā
tur. Ad eundem de dormitio
ne pauline. ij
A. Sanato vulneri et in ci
catricem subducte cuti
si medicina colorem
reddere voluerit dum pulchri
tudinem corporis querit pla
gam doloris instaurat. Ita e
go servus consolator qui impor
tune per bienniū tacui vereor
ne nūc importunus loquar. et re
tractans vulnus pectoris tui.
quod tempore et ratione cura
tum est. cōmemoratione exulce
3. rem. Tu duarū medius ad
B. xpm levius subvolabis. Mo
ta discolores equi sed volunta
te concordes unū aurige iugū
trahunt. non expectātes flagel
li verbera. sed ad vocis hortamen

ta fervētes. Hoc dixit propter pau
lam et ipsius filias eustochiū
et paulinā. quarū prima conti
nens. secunda virgo. tertia ux
or pāmachij. Item. ingenia li
beraliter edocta facilius vere
cundia quā metus superat. et
quos tormenta non vincūt in
terdum vincit pudor. Itē. quā
uis sit clarus honor vilescit ī
turba. et apud bonos viros ī
digna fit ipsa dignitas quam
multi indigni possident. Unde
egregie de cesare tullius ait. dū
quosdam honorare voluit. nō
illos honestavit. sed ornamen
ta ipsa turpavit. Item. centu C.
plicato fenore xpi promissa red
duntur. semper autē grandia
in audienciū ponūtur arbitri
o. Item. felices inquit fabius
essent artes. si de illis soli arti
fices iudicarent. Idē. xvi. super
ysaiam. in principio. Item. si
offeramus xpo opes cū anima
nostra libenter suscipiet. si autē
que foris sunt deo. que intus
sunt dyabolo demus. non est
equa partitio. Itē. quod patricij D
generis inter monachos primus
esse cepisti non tibi sit timoris
sed humilitatis occasio. Item.
quantūcunque deieceris te humi
lior xpo non eris. Esto quod incre
das pedibus. fusca tunica ves
tiaris. equeris pauperibus. ī
opū cellulas introeas. aquam

portes. ligna conradas. forcium
pectruas. ubi vincula ubi ala-
pe ubi flagella ubi patibulum
ubi mors? Et cum hec omnia
feceris ab eustochio tua paula
que vinceris, si non opere certe
sexu. Item. hec dico non quia
de ardore mentis tue quicquam du-
bitem. sed ut currentem im-
pellam ac acriter dimicanti fa-
vorem augeam. ¶ Ad eundem
de libris contra iovinianum.
De hoc 38. di. ecclesiastica. iiij.
A. Xpiani interdum pudoris
est etiam apud amicos
tacere. et humilitatem su-
am magis silencio consolari.
quam retractando veteres amici-
cias ambicionis crimen incur-
B rere. Non ociosis philosopho-
rum scolis paucisque discipulis.
sed universo loquatur hominum
C generi. Nota. quam diu tacuis-
ti tacui. nec te super hac re pos-
tulare volui. ne non amicum
quererem sed potenciorem viderer
expetere. Item. ut ipse legisti
nescit vox emissa reverti. Item.
non sum tante felicitatis quante
plerique huius partis tractato-
res ut nugas meas quando vo-
luerim emendare possim. Sta-
tim cum aliquid scripsero aut a-
matores mei aut invidi diverso
quidem studio sed pari certa-
mine in vulgus nostra disse-
minant. et in laudem vel vi-
peracionem nimij sunt non
stili meritum sed suum stomachum
sequentes. Vide super osee. v.
Item. minus est tenere sacerdo- D.
cium quam mereri. Item. eloquen-
cia quam pro xpo in cicerone
contempnis in parvulis non
requiras. Simile supra ad da-
masum. v. c. Hic sequitur. c.
ecclesiastica de quo supra.
¶ Ad eundem. de optimo gene-
re interpretandi. iiij.
Paulus presente agrippa rege A.
de criminibus responsu-
rus. Opto si fieri po- B.
test et si adversarij non vicerint
commentarios pocius scriptura-
rum quam demostenis et tulij
philippicas scribere. Nota. no- C.
verat paulus tantum oratoris
verba proficere quantum provi-
dencia cognovisset. Item. ne
forsan accusator meus facilita-
te qua cuncta loquitur et impu-
nitate qua sibi licere omnia putat
me apud vos arguat: hanc e-
pistolam misi. que te et per te
alios qui nos amant rei ordi-
nem doceat. Item. quid apud
homines tutum erit si nec parie-
tibus nec scrineis possumus
nostra secreta celare. Item. D.
hic contra proditores interserit
illa duo que ponit valerius
li. vi. c. v. de camillo contra ma-
gistrum puerorum. et de fabricio
contra timocratem. Item. quod diu

non profero cogitata maledic-
ta non crimina sunt. ymo et
maledicta que aures publice
nesciunt. Item. stultissimum est
accusatum ab alio alium crimi-
nari. et confosso undique corpo-
re de dormientis vulnere sola-
cium querere. Et in fine. Qui
falsarius vocor contentus sum
crimen abnuere non referre.
Vide infra ad pamachium et mar-
D. cellam. ii. f. Item. arduum est
ut que in aliena lingua bene
dicta sunt eundem decorem in
translacione conservent. Idem in
principio cronice. ubi premisit quod
difficile est alienas lineas inse-
quenti non alicubi excedere. I-
tem. alii sillabas aucupentur et
litteras tu quere sentencias. I-
tem. tritum proverbium. quod perdit
oleum et impensas qui boves
mittit ad ceromia. id est ungen-
tum ex oleo herbis et cera quo
E. ungebantur adlethe. Item. ve-
neracioni michi semper fuit non
verbosa rusticitas. sed sancta
simplicitas. Vide supra ad ne-
pocianum. d. Item. qui in sermo-
ne imitari se dicit apostolos. pri-
us imitetur virtutes et vitam
horum in quibus loquendi simpli-
citatem excusabat sanctimonie
longitudo. Et sylogismos aris-
totilis resurgens mortuus con-
futabat. Item. excessi mensuram
epistole. sed non excessi doloris
modum. Ad pamachium et mar-
cellam. A.
Rursum orientalibus e- A
vos locupleto mercibus
Cui multos impreca- B.
mur annos ut hereseos redivi-
va plantaria per illius studium
longo tempore arefacta moriantur.
Nota. Inter micantes gladios iacen- §
cia corpora. rivos sanguinis pro-
fluentes iunguntur sepe hostiles
dextere. et belli rabiem pax repen-
tina commutat. Vide infra ad princi-
piam in fine. Item. Soli sunt hu-
ius heresis sectatores qui non
valent cum ecclesiasticis fede-
rari. qui si quod in ore coguntur
dicere mente condempnantur. Et
infra. Cumque eorum scripta tenean-
tur. voce negant quod litteris
confitentur. Item. quid illorum
carpitis vitium. quorum fidei re-
sistere non valetis. Numquid
idcirco vos non estis heretici si
vos quidam assercione vestra
peccatores crediderunt. Item. quod C
totus oriens miratur et predi-
cat leto sinu roma suscipiat. pre-
dicacionemque marci euangeliste.
apostoli petri cathedra sua pre-
dicacione confirmet. Ad eosdem
pro se contra accusatorem defensio. ii.
Et vestris et multorum A.
litteris didici obici michi
in scola tyrannica. Le- B.
vius est professum inimicum cave-
re quam hostem latentem sub ami-

B. ci nomine sustinere. ¶ Nota. ac-
cusat medicum qui venena prodi-
derit ut se non innocencie me-
rito sed criminis cōmunione
tueatur. quasi culpam nume-
ris peccancium minuat. Vide
ad furiā circa finē. ¶ Item. scri-
bunt contra me libri. ingerūt
omnibus audiendi. et tñ non
eduntur ut simpliciū corda per-
cuciant et michi facultatem au-
ferant respondendi. nouū mali-
cie genus accusare qd prodi ti-
meas. scribere quod occultes. Si
sunt vera que scripsit cur publi-
cum metuit. Si falsa cur scrip-
sit. Et infra. Non magnopere
formidandi sunt libri quos auc-
tor prodere metuit et tantum
confederatis legendos esse decre-
uit. Vide sup ysayā ad finem.
¶ Itē sufficerat semel dixisse qd
C scripseram. ¶ Item. simplicita-
tem obtendere non potest arti-
fex in quo malicia deprehendi-
tur. ¶ Itē. quāuis vibrauit accu-
sacionis sue hastas et totis viri-
bus aduersus nos intorsit cre-
dimꝰ in dominū saluatorem.
qd scuto circūdabit nos veritas
eius. et cum psalmista cantabi-
mus. Sagitte paruulorū facte
sunt plage eorum. ¶ Item. idcir-
co veneni calicē circūllinire mel-
le voluisti. ut simulata dulce-
D dine virus pessimū tegeret. ¶ I-
tem. quando sine nomine cōtra

vicia scribitur qui irascitur accu-
sator sui est. Prudentis hominis
fuerat eciam si dolebas dissimu-
lare consciencia et cordis nubi-
lum frontis serenitate discute-
re. ¶ Item. stulticiā michi obice-
re non potest quem disertissi-
mū et eloquentissimū in suis
opusculis predicauit. Vide con-
tra rufinū. A. ¶ Itē. cōmentarij
hoc opus habent alterius dicta
edixerunt que obscura dicta sūt
plano sermone manifestant mul-
torū sentencias replicant et raci-
ones ipsorū. Vide sup ad galath.
li. iij. ¶ Item. ridiculū est debilitati E
et fracti tocius corporis vulnera
pauca monstrare. Non eligo qd
reprehendam. eligat ipse quo
vicio careat. Illud quidem socra-
ticū nosse debuerat. Scio quod
nesciam. ¶ Item. litē marsupiū
non sequūtur. sudoris comites
sunt et laboris socie. Ieiuniorū
et non saturitatis. continencie et
non luxurie. Vide ad grisogonū
b. ¶ Itē. ubi prolixum esset et re-
doleret gloriolam. iam nūc tibi
ostenderem quid utilitatis ha-
beat magistrorū limina terere
et artem ab artificibus discere.
et videres quanta silua sit apud
hebreos ambiguorū nominū at-
qꝫ verborū. Hic respondet ad sex
que opponebantur scriptis suis
sup epistola ad ephesios. ¶ Item. F
quomodo inter homines ordo

dignitatum ex laboris varieta-
te diuersus est. vnde presbiter
et omnis ecclesiasticus gradus
ordinem suū habent. tamen ō-
nes homines scribit. et inter an-
gelos merita sunt diuersa et
tamen in angelica dignitate
persistunt. nec de angelis fiūt
homines. nec homines in an-
gelos reformantur. Item. dixi
me seculares līās non lecturū.
De futuro sponsio est non pre-
terite memorie abolicio. etiam
asini et bruta animalia cōmuis
in longo itinere nouerūt secū-
da diuerticula. Et infra. Biben-
dum erit michi de letheo gur-
gite iuxta fabulas poetarum
ne arguar scire quod didici. I-
tē nō ut debui ꝫ ut potui mode-
rato dolore respondi. Positū
quippe michi est non tam alios
accusare. qm̄ defendere. Vide ad
G. pāma. c. C. Item. non me mit-
tas ad sex milia libros eius.
quos legisse epyphaniū crimi-
naris. sed ipsa loca nominaui.
nec hoc michi sufficit nisi ad
verbū eadem dicta protuleris
Itē grecos et antiquos pro ve-
tustate temporū. et longinqui-
tate regionū habet calūpnian-
di licenciā. et quicquid volue-
rint. et mēciendi. Et infra. Q°
non proueniat semel effrenata
temeritas. Sic contra rufi. c.
Item. fraudem tuam errori

meo imputare non debes. Cre-
didi enī eius esse librū quem
titulus preferebat. Hoc dicit p-
ter id quod de libro pamphili
dixerat in libro virorū illustri-
um. Item. ex pomorū dulce- H
dine generosi seminis arbor
agnoscitur. Item. qui hoc au-
sus est facere quid aliud nō
audeat. vide qd' malicia nō
habeat tantas vires quantos
conatus. Id dicit q' scripserat
rufinus epistolam sub nomie
iheronimi q' penitebat eum
translacionis in qua nulla ē
veritas. Et subdit. Ego taceo et
littere non mee contra me lo-
quūtur. Ignoro crimen. et in
toto crimen orbe confiteor. I-
tem. gracias ei agere debeo.
q' cum tanta silua sit crimi-
nū. vnū michi erroris vel fal-
sitatis crimen obiecit. Itē. O I.
labores hominū semp' menti-
ri. O mortaliū studia contrari-
os interdum fines habencia.
Unde mereri putabam et lati-
norum ad discendū animos
concitare quod etiam versum
greci de latino post tantos in-
terpretes non fastidiūt. inde in
culpam vocor. et nauseanti sto-
macho cibos ingeris. Quid in
homine tutū si innocencia cri-
minosa est. Item. cum nouas
semper expetant voluptates
et gule ipsorū vicina maria nō

suffitiant. cur in solo studio
scripturarū veteri sapore con-
tenti sunt. Item. ego petētibꝫ
scⁱpsi. non fastidiosis: gratis. nō
inuidis. studiosis. non oscitan-
tibus. et tamē miror quomō
theodotionem hereticū et iu-
daizantem legit. et qualiscūqꝫ
peccatoris xpiani translationē
K. fastidit. Item. librorū prefatio-
ones quodam vaticinio futu-
re calūpnie responderunt. im-
plentes prouerbiū. prius antido-
tum qm̄ venenū. De paren-
tibus honorandis

A. Parentū meritis subiu-
gans filios omnipo-
tens deus seruiendi le-
gem in officijs posteris dedit
ut hoc diuino cogantur impe-
rio facere quod debuit pietas
3. suadere. Meretur cum fratri-
bus a domino coram angelis
B coronari. Nota. Inter caras
coniūctasqꝫ personas pietatis
iura seruentur hoc filiorum o-
ra loquantur quod parentes
delectat audire. qui primi nobꝭ
sunt causa nascendi. Item. ma-
tribus debitam reuerentiā im-
pendite. que vobis veteri more
seruientes pondus vestri cor-
poris tolerant. et in famulatū
exhibent nascitiurū. Itē. sūmūt
infantes de matre quod libāt
et dente non nato hoc sibi cur-
rentibus labijs eliciūt qđ nō
sit necesse mordere. Item. ex- C
solue fili quod debes et officia
debita qualicūqꝫ exhibe famu-
latu. quia parentibus nemo
potest reddere quod debetur.
Et hūilitas talibus oblata
morte dilata. viuendi tempus
extendit. Contra non facien-
tes inducit auctoritates salo-
monis maxime de prouerbijs.
Item. parentes dulciores ha-
beri debent. quia per alios re-
parari non possunt. et cum e-
os lex nature subtraxerit. nec
patrem tibi aliū poteris īue-
nire nec matrem. Mutato cōiu-
gio nec vitricꝰ pater est. nec no-
uerca poterit nomen matris
implere. Nullus ergo filiorū
sue lucis auctorem cedat īiu-
rijs. nemo parentibus optet
aduersa. Item. timete senten-
tiam quā dominꝰ promisit ī-
gratis. Meretur eū sue cecita-
tis subire suppliciū. qui paren-
tum vultus vel toruo visu de-
spexerit. et elatis oculis leserit
pietatem. Itē. foueatur senec- D
tus parentum et factis eorum
vicissitudo reddatur. habet e-
nim ~~eni~~ quandā senectus in-
fanciam. Ad paulinū de stu-
dio scripturarū. prologus bi-
blie. De quo ij. q. vij. Sc̄ā qꝫ pe.
Frater ambrosius tua A.
michi munuscula. Fa- 3
cile contempnit omnia

qui se semper cogitat moritu-
rum. Vide supra ad furiam in
fine. Quia prologus ut predixi.
Ut tamen promissa
seruentur aliqua ponamus que
B titulo congruant. Inuenit ap-
pollonius ubique quod disceret.
ut semper proficiens semper se
melior fieret. Item. habet nes-
cio quid latentis energie viua
vox. et in aures discipulorum de
auctorum ore transfusa forcius
sonat. Item capitulo iii. Ingenium
docile etiam sine doctore lau-
C dabile est. Item. C.e. pharisei
mirantur in petro et iohan-
ne quomodo legem sciant cum
litteras non didicerint. Quod enim
aliis exercitacio et cotidiana
meditacio tribuere solet illis
spiritus suggerebat. nec ape-
rire possunt nisi ille reserauerit
ut qui habet clauem dauid.
qui aperit et nemo claudit et
qui claudit et nemo aperit. I-
tem. etiam qui vilia opuscula
fabricantur absque doctore non
possunt esse quod cupiunt. Vide
super matheum. d. Item. sola
scripturarum ars est quam sibi
passim omnes vendicant. scri-
bimus indocti doctique poemata
D passim. Item. C. vii. Cernis
me scripturarum amore raptum
excessisse modum epistole. et ta-
men non implesse quod volui.
Item. illud socraticum impletur

in nobis. hoc tantum scio quod
nescio. Item. tacere melius pu-
to quam pauca dicere. Idem dixit
in xv mansione. in fine. Item E
discamus in terris quorum no-
bis sciencia perseuerat in celis.
Item auaro tam deest quod ha-
bet quam quod non habet. Cre-
denti totus mundus diuicia-
rum est. Infidelis autem obulo
indiget. Ad eundem de insti-
tucione clerici vel monachi. de
hoc xvi. q. i. Si cupis.

Bonus homo de bono A
thezauro cordis sui pro-
fert que bona sunt.
Tecum in domino militante Z
per te salutari volo. Nota. Quan- B
ti hodie viuendo portant fune-
ra sua. et quasi sepulchra de-
albata plena sunt ossibus mor-
tuorum. Subitus calor longum
vincit teporem. Hic interponi-
tur c. socrates xii. q. ii. et quod
scripsi supra in vita sancti hilario-
nis quod statim sequitur. et
intra. p. c. Si cupis. Item. ha-
bet vnumquodque propositum prin-
cipes suos. Romani duces i-
mitentur camillos. fabricios.
regulos. scipiones. Philosophi
proponant sibi pictagoram. socratem
platonem. aristotilem. Poete e-
mulentur homerum. virgilium. me-
nandrum. terencium. Historici thuchididem
salustium. erodotum. liuium. Orato-
res lysiam. graccos demostenem tul-

lium. Et ut ad nostra veniamus ~~epi~~
episcopi et presbiteri habeant
ad exemplum apostolos et apos
tolicos viros. quorum honorem
possidentes habere nitantur et
meritum. Nos habemus propositi
nostri principes paulos. antho
nios et iulianos. hilariones
macharios. Et ut ad scripturas
redeam nostri principes helyas
et helyzeus. nostri duces filii
prophetarum qui habitabant in
agris et solitudine et faciebant
sibi tabernacula prope fluenta
iordanis. Item. secularium
maxime potencium consorcium de
uita. Quid tibi necesse est illa
sepius videre quorum contemptu
C. monachus esse cepisti. Item.
soror tua matronarum declinet
colloquia. ne inter sericas vestes
et gemmas circumsedencium se sordi
datam aut doleat aut miretur.
quia alterum propositi penitencia.
alterum iactancie seminarium est.
Vide ad principium. C. Item.
Christi substanciam non impuden
ter effundas ne liberalitate li
beralitas pereat. Item librum tu
um libenter legi et precipue mi
D. chi in eo subdiuisio placuit. I
tem. qui edere vult nucleum fran
gat nucem. Vide infra super mar
cum. C. Item. premisso de tercul
liano cypriano. victorino et lac
tancio. subdit Arnobius inequa
lis et nimius est. et absque operis

sui particione confusus. Sanctus
hylarius gallicano coturno at
tollitur et cum grecie floribus
adornetur. longis interdum pe
riodis inuoluitur. et a lectione sim
pliciorum fratrum procul est. Item
ad te veniam amicum antequam
notum. Magnum habes ingeni
um et infinitam sermonis su
pellectilem. et facile loqueris et
pure. facilitas que ipsa et puritas
mixta prudencie est. capite quippe
sano omnes sensus vigent. et e
contra. super ad oceanum. iª. Item. E.
nichil in te mediocriter conten
tus sum. totum summum. totum
perfectum desidero. Ad pau
lum senem monachum.

Humane vite breuitas A.
dampnacio delictorum
et in ipso sepe lucis ex
ordio mors secuta nascentem
labencia cotidie in vicium secu
lum profitetur. Si hoc mu B.
nusculum placuerit. habemus
eciam alia condita. que cum
pluribus orientalibus mercibus
ad te si spiritus sanctus affla
uerit nauigabunt. Nota. Ge C.
mino bellum troyanum orditur
ab ouo. Item ecce iam centenus
etatis voluitur circulus et tu sem
per dei precepta custodiens fu
ture beatitudinem vite per exem
pla presencia meditaris. oculi
puro lumine vigent. pedes im
primunt certa vestigia. auditus

penetrabilis. dentes candidi.
vox canora. corpus solidum et
consuti plenū cani cum robore
discrepant: vires cum etate dis
sentiunt. Non memorie tenaci
tatem antiquior senecta dissol
uit: non callidi acumē ingenij
frigidus sanguis obtundit: nō
contractam rugis faciem arata
frons asperat. non tremula ma
nus stilum ducit errantem. fu
ture resurrectionis virorem in
te deus ostendit. Item. si sar
matici nouaciani venena cog
noscam. libencius sancti mar
tiris cypriani bibam antidotū.
C. Item. mittim⁹ paulo seni pau
lum seniorem. in quo ꝓpter sim
pliciores quosqꝫ multum in de
cliendo id est breuiando sermo
ne laborauim⁹. Ad paulā
consolatoriū super morte blesille.
A. Quis dabit capiti meo
Z. aquam. Audiet me
semper loquentem cū
S sorore cum matre. Nota. Quis
siccis oculis recordetur viginti
annorū adolescentulā tam ar
dentis fidei crucis leuasse vex
illum ut magis amissam vir
ginitatem q̄ mariti doleret in
teritum. Quis sine singultibꝫ
transeat orandi instanciam.
nitorē lingue. memorie tenaci
tatem. et acumen ingenij. Item. non est optimus consolator
quem ꝓprij vincunt gemitus cu

ius visceribus mollitus fracta
vi lacrimis verba desudant. I
tem. plango quod accidit. sed q̄a
sic placet domino equo animo sus
tinebo. Vnicus raptus est filius
durum quidē sed tolerabile. q̄a
sustulit ille qui dederat. Item. C.
psalmū. Iustus es dn̄e et rectū
iudiciū tuū. dicere non potest
nisi ille qui ad vniuersa que
patitur magnificat dominū.
et suo merito imputans. de e
ius in aduersis clemencia glo
riatur. Cur durū quod quando
qꝫ patiendū est. Dolemus que
q̄m mortuū. ad hoc nati su
mus ut non maneam⁹ eterni.
Item. cibum tibi negas. non
ieiuniorū studio. sed doloris. ie
iunia hec aduersarij mei sunt.
nullam animā recipio que me
nolente separetur a corpore. Hic
interponitur responsio obiecti
onis de luctu iacob et ioseph.
dauid. moysi et aaron. Itē
sancta melania nostri tempo
ris calente adhuc mariti cor
pusculo necdū humato duos si
mul filios perdidit. Rem sum
dicturus incredibilem. sed xp̄o
teste non falsam. Quis illam
non putaret sparsis crinibus
veste conscissa lacerum pectus
inuadere? lacrime gutta nō
fluxit. stetit imobilis et ad pe
des xp̄i obuoluta quasi ipsū
teneret arrisit dicens. Expedita

us tibi seruitura sum domine
qui me a tanto onere liberas
D ti. Item dyabolus quia cer
nit vnam de tuis liberis triū
phantem. obrutū se esse condo
lens. querit in remanente vic
toriam quam in preeūte iam
perdidit. Grandis in suos pie
tas impietas in deum est. Itē
detestande sunt iste lacrime.
plene sacrilegio. incredulitate
plenissime. que non habent
modum. sed usq ad viciniam
mortis accedunt. Item. quos
seculi carcer īcludit nūc ira. nūc
auaricia. nūc libido. nūc vari
orum incentiua viciorū per
E trahunt ad ruinam. Item.
breuis vite spaciū eternā me
moriam cōpensabit. Ad e
andem de interpretacionibus
hebraycorū nominū.

A. Nudius tercius cū cente
simūdecimūoctauū psal
mū tibi insinuare ci
rarem et dicerem omnē moralē
locum in eo esse comprehensū.
et quomodo philosophi solent
disputaciones suas in phisicā
ethicam. logicāq partiri. ita et
eloquia diuina aut de natu
ra disputant ut in genesi et ec
clesiaste. aut de moribus ut ī
prouerbijs et in omnibus spar
sim libris. aut de logica pro q̄
nostri theologicam vendicant.
ut in canticis canticorū. et euā
gelijs. licet apostolus sepe pro
nat assumat et confirmet.
atq concludat que proprie artis
dyaletice sunt. Dominus Z.
ihesus conterat sathanam sub
pedibus vestris velociter. Nō. B.
Verum quia memoria labitur
omniū que diximus. desideras cō
mentariolū fieri. ut obliuionē
lectio consoletur. Item. que
potest esse vita sine sciencia scrip
turarum per quam eciam ipse
xpc agnoscitur. Item. qui cibi
que mella sunt dulciora q̄m dei
scire prudenciā. Itē. habeant C.
qui volunt suas opes. vase
gemmato bibant. serico nite
ant. plausu populi delectentur.
et per varias voluptates diui
cias suas vincere nequeant.
nostre diuicie sunt in lege dei
meditari die ac nocte pulsare
ianuam non patentem. panē
trinitatis accipere. et seculi fluc
tus domino preeunte calcare.
Item. nullus hostili exercitu
obsidente securus est. Ad ean
dem et eustochiū virginē de as
sumpcione beate marie virgīs.
Ad quas dicit circa finem. qr et
si seculū eas habere meruit te
nere omnino non potuit

Cogitis me o paula et A.
eustochiū ymo caritas
xpi me compellit. Cū Z.
ipso et vos appareatis in gloria
amen. Nota. Petitis ut latino B.

eloquio sermonē faciam de as-
sumptione virginis more illoꝝ
qui declamatorie in ecclesijs ad
populum loqui solent quod ge-
nus docendi nedum attigeram
Sed quia negare nequeo que ī-
iungitis experiar que hortami-
ni affectu infanciū more balbu-
cienciū. qui que audiūt fari ges-
tiunt. cum nedum possint ad
plenū verba formare. Item. q̄d
horum verius censeatur ambi-
gimus. melius tamen deo totū
cui nichil impossibile est cōmit-
timus. q̄m aliquid temere diffini-
re velimus autoritate nostra q̄d
non probamus. Item. vere gra-
cia plena que dedit celis gloriā
terris deum. pacemq; refudit. fidē
gentibus. finem vicijs. vite ordi-
C nem. moribus disciplinā. Item.
in carne angelicam acquirere
gloriam maioris est meriti q̄m
habere. Esse namq; angelum fe-
licitatis. esse vero virginem est
virtutis. cum hec viribus obti-
nere cum gracia nititur que ha-
bet angelus ex natura. Vtrūq;
tamen et esse virginē vel ange-
lum diuini muneris est officiū.
non humanū. Item. quod na-
tura non habuit usus nesciuit.
ignorauit gracia. et mens non
capit humana. pauet celum.
stupet terra. creatura omnis eci-
am celestis miratur. hoc totū ē
q̄d p gabrielem marie diuinitus

nunciatur. et per xp̄m impletur.
Itē. sub regula triū linguarū
spiritus sanctus diuersimode ac-
cipitur. in hebreo in feminino
genere. scilicet rucha. In greco ne
sexus in eo credatur esse pro neu-
tro inuenitur. In latino masculi-
nū esse decernitur. Item. im- D
paciens amor tractat ut quem
desiderat semper velle se credit.
ignorat quidem iudiciū. et raci-
one multociens caret. nesciens
modum. nec accipit de impossi-
bilitate solacium. nec ex difficul-
tate remediū. Item. alia est so-
lis. alia lune. alia stellarum cla-
ritas. tamen claritas est vna
qua illustrantur omnia. Facit
infra ad rufinū. iiij. C. Item. p̄-
mū discendi incitamentū nobi-
litas est magistri. deinde mer-
ces laboris optimi fructus bea-
titudinis. Itē. beata dei geni- E
trix a filio suo non didicit celos
fabricare. angelos creare. mira
deitatis insignia operari. sed tā-
tum humiliari. ceterasq; virtutū
documenta humilitatis custodia
aggregare. Item. virginitas
viduarum confortatur exemplis
que cum viris castum seruaue-
rint conubiū docent integrita-
tis propositum magis virginibus
deo fore seruandum. et quod pre-
modum non inferioris virtutis
est a coniugio quod aliquando
delectauerit abstinere. q̄m coniugij

delectamenta nescire. Idem dix-
it ad pamachium post principium.
Vide supra ad ageruchiam. C. et
ad matrem et filiam. C. De pon-
deribus et mensuris et usque de
arboribus.
A. Talentum est pondus.
3 Salectum virecta fruc-
B. tifices. Siclus habet
obulos viginti. Dragma sili-
quas xviij. Didragma habet
triginta sex. Ad presidium
dyaconum
A. Nulla res inquit comicus
tam facilis est. quin fi-
at difficilis si invitus fa-
cias. Vide super ezechielem libro. j.
3. Quociens hanc epistolam
legeris. tociens scias te quo pol-
B. licitus es esse veniendum. Nota.
Qui scribit multos sumit iudi-
ces. alius in alterius libet inge-
nium. Si vnus sermo defuerit qua-
si oraciunculam deputat. Alius
si paululum se loquentis cotur-
nus extulerit. non presbiterum
latrabit esse sed rectorem. Item
plus te dicis habere mercedis
si in media vrbe consistens mo-
nachorum vita virtutes. Et sunt
vera que dicis. Sed non tam
facile explentur opere sicut dic-
to. Item. pretermitto crebras sa-
lutaciones. obsequia matro-
narum. variasque illecebras quibus
etiam rigidissimi molliuntur
animi. et sirene cantu ad nau-
fragia pertrahuntur. quod ad spec-
iosas feminas oculus quandoque
inuitus attrahitur. quod aures ad ob-
scena dicta feruntur. Item. in C.
paradisum mente transcendens
tociens in terra non eris quoci-
ens terram despexeris. Concor-
dat ad heliodorum. D. Item. quanti
principes ciuitatum ob culpam
vel inuidiam ad insulas depor-
tati sine premio futuraque merce-
de absque balneis perseuerant. I-
tem. quanti in medijs opibus
et inter insulas consulatus re-
pentina morte subtracti sunt.
Item. doceat sexus infirmior D.
quante femine diuicijs et nobi-
litate pollentes relictis faculta-
tibus pignoribusque contemptis.
id facile indicarunt quod tu pro-
pro putasti ore difficile. Vide. j.
ad rusticum. C. Item. ponit mul-
torum animalium et volucrum
proprietates. et inter ceteras de fe-
nice. hinc supra in exposicione
simboli. C. Ad principiam vir-
ginem. de vita vel obitu marcelle
Sepe multum flagitas A.
virgo christi principia ut
memoriam sancte femi-
ne marcelle litteris recolam. et bo-
num quo fruiti sumus ceteris nos-
cendum intimandumque describam. Deo et 3
legentibus placere desiderans.
Satis doleo quod hortaris spon- B.
te currentem. et me arbitraris
indigere precibus qui merito

plus accipiā q̄ȝ tuā bn̄ficij tan-
tarū recordacione virtutū. Itē
nichil in illa laudabo nisi quod
ꝓpriū est. et in eo nobilius et q̄ꝺ o
pibus et nobilitate contēpta sūi
est paupertate et hūilitate nobilior.
Itē. hic sequit̄ quomodo senē cō
sulem offerentem hereditatem
respuit dicens. si vellem nubere
et non eterne me cuperem pudi
cicie dedicare. utiqȝ maritū que
rerem non hereditatem. Illoqȝ
mandante posse senes diu viue
et iuuenes cito mori. eleganter
lusit. Iuuenis equidem potest
cito mori. sed senex diu viuere
non potest. Qua sentencia re
pudiatus exemplo ceteris fuit
ut ipsius nupcias desperarent.
C Item. vidue se dominatu viro
rum caruisse letantur querūt
qȝ alios non quibus iuxta dei
sentenciam seruiant. sed impe
rent. Vnde et pauperes eligunt
ut nomen tantū virorū habere
videantur. qui pacienter riua
les sustineant. si mussitauerint il
lico proiciendi. Vide sup̄ ad oceanū
de morte fabiole. C. Item. semꝑ
in comitatu suo virgines et gra
ues viduas habuit. sciens ex las
ciuia puellarū de dominarū mo
ribus iudicari. et qualis queqȝ
sit taliū consorcio delectari. Itē
raro procedebat in publicū. et
maxime nobiliū matronarum
domos vitabat ne cogeretur vi
dere quod contempsit. Vide ad
paulinū. 2ª. b. Item. nulla eo D
tempore nobiliū feminarū noue
rat rome ꝓpositum monachorū.
nec audebat ꝓpter rei nobilitatē
ignominiosū ut tūc putabatur
et vile in populis nomen assu
mere. Itē. ridebit forsan infide
lis lector me in mulierčularum
laudibus īmorari. Sed virtutes
non sexu sed animo iudicam⁹.
Vide. inf. px̄. a. et b. Item. hec
annis plurimis sic suam trans
egit etatē. qđ ante se cerneret ve
tulam. quam adolescentulā fuisse
meminisset. laudans illud pla
tonicū. philosophia est medita
cio mortis. Item. quid in illa E
virtutū. quid ingenij. et quid pu
ritatis. quid sanctitatis īuene
rim vereor dicere ne fidem cre
dulitatis excedam. et tibi maio
rem dolorem īcuciā recordanti
quanto bono carueris. Vide ad de
metriam. b. Itē. capitur urbs
que totum cepit orbem. ymo fa
me periJt antequam gladio. et vix
pauci qui caperentur īuenti sūt
Item. xp̄c corda dura molliuit
et inter cruentos gladios pietas
locum īuenit. Vide sup̄ ad pā
ma. et marcel. b. Ad eandē
exposicio psalmi xliij. Eructauit.
Scio me principia in xp̄o A.
filia. a plerisqȝ reprehē
di quod interdū scribā
ad mulieres et fragiliorem sexū

maribus preferam. Vide supra px̄
z. d. ¶ Totum canticum cāticorū est.
b. ¶ Nota. Si viri de scripturis q̄
rerent mulieribz non loquerer.
Si barach ire voluisset ad preliū
delbora deuictis hostibus non
triūphasset. Ponit demū multa
rum mulierū cōmendabilia sb
dens. Ruth. hester et iudith tan
te sunt glorie ut sacris volumi
nibus nomina indiderūt. Vide
quod sequitur. Et sup̄ px̄ epis. d.
¶ Item. si doceri a femina non
fuit turpe apostolo. michi qua
re turpe sit post viros docere et
feminas. ¶ Itē. quia de floribus
et lilijs loqui cepim9 sempq3 v̄
ginitas floribus comparatur:
oportunū michi videtur ut ad
florem xp̄i scribens de multis
C floribus disputem. ¶ Item. E
ructauit rc̄. quomodo iuxta q̄
litatem ciborū de stomacho
ructus erumpit et vel boni vel
mali odoris flatus indiciū est. i
ta interioris hominis cogitacio
nem verba proferūnt. ¶ Item.
scias virginitatem pudicicie gla
diū semper habere per quē trū
cat opera carnis et superat vo
luptates. Genciū quoq3 error de
as virginū finxit armatas. ¶ I
tem. victoria dn̄i triūphus ser
uorū est. Magistri erudicio dis
D. cipulorū profectus. ¶ Itē. O eccle
sia. filij tui quos genuisti tibi
vertentur in patres tuos cum de

discipulis feceris illos magistros
et in sacerdotali gradu omniū tes
timonio collocaris ¶ De prefa
